











416

No 1187



I Molbechs Expl. af P. Laale Paris 1515

'Gamla ordspråk på latin och swenska, efter en Upsala-handskrift utgifna och med glossarium försedda af Dr H. Reuterdahl. Lund 1840. 134 S. 8.

Efter en svensk Recension af omtrent alle de selvsamme Ordsprog, som den danske under P. Lalles Navn bekjendte Samling indeholder. Den danske i Ghemens ældste Udg. af 1506 har 1199 Numere, den svenske 1110 – Om Ordsprogene selv, den lat. Oversættelse, Udgaverne af disse, Forholdet imellem Ghemen og Chr. Pedersen m. m. har Reuterdahl meddeelt gode Anmærkninger i sin Fortale p. IV–VIII, om de svenske Ordsprog, eller den svenske Form af samme (som R anseer for ældre). S IX–XIII. Så mycket synes stå fast at latinen närmast följer danskan, och således wäl är giord af någon dansk philolog" p. XIII. – Om Ordsprogenes indvortes Beskaffenhed S. XIII–XVI.

—

Bogtrykkeren Jodocus Badius Ascensius har uden Tvivl, som man seer af Tilskriften,

afbrudt bevaret, hvorom denne Udgave,
været en [illegible], der [illegible] i [illegible] og saa
[illegible] [illegible] . Chr. Pedersen

Petri Legiste Laglandici Parabole sententiose et ar-gumētose cū familiari expla natione tam dacica q̄ latinā.



Jodocus Badius Ascensius Christierno Petri artiū bonaꝝ apud parrhisios magistro ꝛ Lundēsis ecclesie canonico prudentissimo. S. D.



Sciscitaris christierne doctissime quid de Petri legiste parabolis metrice cōpositis censeā. Quocirca ꝗuis de recepte apud nōnullos auctoritatis viris difficile sit ad oīm stomachum iudicare: tamē quia tue charitati nihil negare possum breuē sed bipertitā sententiam dicā. Siquidē: vt Juuenalis: librū si malus est nequeo laudare: at vt Plinius nullū existimo tā malū ꝙ nō aliqua ex parte ꝓsit. Proinde legista tuus (sic eniꝫ vulgo nūcupatur) sicut in subtili variatione carminis: vocularū non triuialium apposita vsurpatione: sententiarum grauitate: ꝛ subinde salibus est laudandus: ita in anxia illa sonoritatis pētimemeris cū fine obseruatione: vocabulorū absoletorū ꝛ subinde barbarorū vsurpatione ꝛ syllabarum licentia nequaꝗ est imitandus. quapropter miseret me subinde optimorū patrie tue ingeniorū sic doctrinali Alexandrino addictorū vt ne vnguē quidē latū ab illo discedere audeant: que si pro illo bonos ꝛ latinos legant auctores: multos videres Saxonis grāmatici similes. Sed habent secula regionesqꝫ sua paulatim incrementa ꝛ ornamenta: qua de re sperandum est etiā vestrates propediem cultiores literas miraturos. Cū itaqꝫ legistam paucis exponendū susceperis: id sic facies: vt lectorem imperitum: vitiorum que in carmine eius sunt admoneas. In qua re si nostra opella egebis: vt in aliis omnibꝰ (honestis presertim) ꝓsto me obsequentēqꝫ inuenies. Uale E chalcographia nostra: ad Idus Martias. MDXV.



Tabella breuissima vocabulorũ in sequẽti opere Petri legiste declaratorũ ordine literario collecta.

De litera. A.

Finis.

¶Petri laglandici cognomento legistæ Parabolę metricæ: seu versus ꝓuerbiales eruditionis bonæ & vocabulorū non vulgariū plenissimi: secundum ordinem litterarum collecti tam ex sacris literis q̄ ex iure canonico q̄ ex Danicis adagijs siue prouerbijs: cum explanatione familiari Christiani Petri magistri Parrhisiēsis: extracta ꝓ bona parte ex adnotatis per pię memorię p̄sbyterū & p̄ceptorē suū Erasmū Simonis Roskilden. ecclesiæ Vicarium & recognita per Iodocum Badium Ascensium Incipiunt feliciter.



A Methodo legis terre status
heret et egis.
Meth low skall mand land bygge.
¶In hoc primo versu inuitat auctor lectorem & auditorē ad obseruationē legis dicens: ꝙ status .i. stabilitas & firmamentū: & ęgis .i. clypeus & protectio: terrę .i. cuiuslibet regionis: hoc est habitantiū in ea: hæret .i. dependet & firmatur a methodo .i. disciplina & cōpēdiosa obseruatione legis. s. tam diuinæ q̄ canonicę: q̄ etiam principis terræ dūmodo bona sit: & legi diuinę nō ꝯtradicens. quia igitur a legis obseruatione opus suum incipit verosimile est ꝙ inde legista sit dictus. Facit autem id prudenter: quia scit scriptum esse initium sapientie timor dn̄i: Timorem autē dn̄i habent qui legem eius custodiunt: quos Dauid beatos dicit in principio psalterij sui dicens. Beatus vir qui non abijt &c. Sʒ in lege domini voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et hæc de sententia: seruabo autē hunc ordinem vt primo declarem sententiam Danice: deinde latine: & vltimo loco vocabula obscura. ¶Methodus proprie est trames vey a meta qđ est trans & hodos quod est via. nō oda (nam oda cantus est & producitur in prima syllaba) via autem capitur pro ratione & medio aliquid commode faciendi. vnde methodus accipitur pro disciplina & facili obseruatione quasi ex transcursu. ¶Terra dicitur a terendo: quia teritur pedibus: & quia tero corripitur in prima: additur r. dum dicitur terra: vt fiat positione longa. ¶Hæreo duo significat: vnde est versiculus Qui dubitant hærent: pix se tangentibus hęret. ¶Aegis est thorax Palladis .i. munimētum pectoris eius: & accipitur pro munimento & protectione allegorice. In pectore autem alterius q̄ Palladis non dicitur proprie Aegis sed lorica. Et fit ex pelle caprina quæ ægos græce dicitur vnde nomen sumpsit.

Methodus.
Terra.
Hęreo.
Aegis.

Ad nutum raperet quiuis nisi lex prohiberet.
Waare ey low i lande da toge hwer som han finge.
¶ Addit causam quare lex debeat obseruari: quia quiuis.i.quilibet raperet.s.aliena: ad nutum.i.ad placitum suum nisi lex prohiberet. Inuenta enim dicitur lex a Cerere dea frugum: eo q prima lex statui placuit: neqs meteret vbi nihil seuit. Nutus dicitur qn solius capitis indicio fiunt q volumus a nuo vnde annuo & renuo.
Nutus.

A vi fautorum dependet lex populorum.
Saa gonger low som hwn haffuer tow.
¶ Incipit ponere differentias legum ac earum impedimenta dicens. q est quædam lex populorum seu popularis quæ dependet a vi.i.multitudine fautorum: quando enim aliquid refertur ad iudicium populi tunc qui habet plures fautores videtur habere meliorem causam: & ideo fit voti compos: sed ea lex est sæpe iniqua: quia populus sequitur fortunam & famam sæpe mendacem. Est ergo primum impedimentum legis: p fauorem populi. Vocabula nota sunt.

Anxia pressura compellit frangere iura.
Nødh bryder reth.
¶ Secundum impedimentum legis est necessitas quæ vt dicitur non habet legem: aut potius vis: quia per vim sunt leges & plebiscita coactæ. Pressura, id est depressio: anxia, id est anxios faciens & stricta: compellit frangere iura. Vt quando boni coguntur a tyrãno frangere iura diuina.

A conti fine legum versantur agine.
Nw er low i spiwd stagiss ende.
¶ Declarat quomodo leges cogantur ab armis dicens. Aginę.i.examina & discernicula seu iudicia legum (Est enim proprie Agina id cui inseritur scapus trutinæ, id est in quo trutina agitur & vertitur ab agendo dicta) versantur a fine conti.i.teli inuasiui: hoc est hastæ aut perticæ longę in cuius fine cuspis acuta est. Est autem contus pertica qua nautæ inquirunt profunditatem aquarum: vnde percontor.i.inquiro: inuestigo.
Agina. Contus.

Absqz ope legis erit qui legis anormala querit.
Hwo som wloff fester hãnem wlow driffuer.
Merito qui tergiuersatur a lege caret auxilio legis: quod aliter dicitur. ex lex qui viuit merito sine lege peribit. Vt autem me admonuit Badius: auctor istius operis non semper seruat elegantiam vocabulorum: nam vulgo scribitur hic Abs ope: quasi abs sit idem quod absqz: cum non sit

aliud q̄ a vel ab nisi in elegantia: quia ab ponitur ante vocales & i conso num & l & r: vt ab illo. ab lege. ab rege. ab Ioue. Abs ante q & t. vt abs quolibet, id est a quolibet: abs te, id est a te. A ante reliquas cōsonātes: vt a me. a deo &c. Præterea rude (inquit) dicitur anormalum pro anoma- lum: ab a priuatiua particula græca & noma. i. lex: sed quia noma pri- mam corripit fecit duaruz compositionem ex græco & latino, id est ab a & norma. Ordo est is sup. erit absq. i. sine, ope. i. auxilio legis: qui quęrit anormala. i. impedimenta & priuamenta legis. A ab abs. Anormalū.

A terra fugias vel morum conuena fias.

Mand skall sedh følge eller land fly.

¶ Tangit iura a moribus & consuetudine ducta dicens. Fugias supple oportet aut decet vt fugias: a terra, id est regione qualibet: vel fias conue na, id est consensor & assecla morum scilicet illius regionis: vnde solet di ci. Si fueris Romæ Romano viuito more. Quod tractum mihi vide- tur a diuo Augustino recitāte quomodo Monicha mater eius sanctissi- ma: videns ꝙ Mediolani non ieiunarent in sabbato sicut Romæ con- suluit super ea re sanctum Ambrosium: qui dixit ꝙ quando Romæ eēt viueret more Romano: quando Mediolani more Mediolaneñ. ne sin- gularis videretur q̄d dictum Augustinus pro lege amplexatus est. Con- uena proprie est qui cum alio conuenit ad habitandam aliquam regio- nem. & quia conuenire est interdum consentire eo ꝙ consentiētes in vnū locum coibant: ideo bene transsumitur pro assentiente & assecla. Conuena.

Ad terre morem vite decet esse tenorem.

Mand skall saa leffue som i land er seed.

¶ Addit causam superioris dicti: quia decet tenorem. i. formam vitæ: esse ad morem. id est consuetudinem terræ. scilicet in qua viuitur quod verum est: nisi mos alterius regionis fuerit improbus & contra legem dei.

Abdita rimatur crebro qui mane vagatur.

Hwo aarle risſ han worder manct vijſſ.

¶ Postq̄ locutus est, de lege. iure. & consuetudine seu moribus: affert pro uerbia de alijs rebus non seruato ordine rerum. Et primo dicit ꝙ qui va gatur crebro. i. frequenter mane rimatur. i. scrutatur abdita, id est secreta regionum & domorum: hoc est pro exploratore & insidiatore solet ha- beri qui inuentus fuerit mane anteq̄ homines surrexerunt circa mœnia & munimenta vrbium aut castrorum aut etiam domuum priuatarū. ¶ Rimari est inquirere tractum a porcis qui rimātur. i. inquirūt glandē in rimis. i. fissuris terræ sub arboribus glandiferis. Rimor.

A soluente pigri tibi mnas salis elige nigri.
Tag swort salt aff ondhe geldere
¶Hoc euidentius postea dicet sic. Sal nigrum poscas a quo solui male noscas. Quando inquit quis est piger ad soluendum: melius est accipere salem nigrum q̄ nil. dico salem licet vulgo putetur neutri generis: quia potius masculinū est, etiam pro cōdimento: propter concentum dicitur in textu pigri cum deberet dici pigro aut pigre: vt sit elige. s. potius q̄ nihil tandem habere: mnas. i. minas ac libras: salis nigri. i. vilioris: a soluente pigro aut pigre. i. tarde: aut si omnino vis legere pigri: dic antiptosim esse pigri pro pigro: aut a sol uente sup. manu: aut: a soluente pro a solutione pigri. s. ad soluendum.

A peiore rota semper sunt iurgia mota.
Ee riiss kiff aff verre hiwll.
Prouerbium est de litigiosis & rixosis, qui cum minus valeant tamen semper obiurgant alios: sicut rota fracta plus stridoris facit q̄ integra.
¶Iurgia sunt obiurgationes & rixæ.

A radice mala non procedunt bona mala.
Ond rod giffuer icke gode eble
¶Dicit illud euangelicum: non potest arbor bona malos fructus ferre. & simul ponit differentiam in quātitate: quia malus la. lum. adiectiuū corripit primam: malus. mala. malū. tria distincta substantiua producunt primam. Est enim malus arbor nauis & pomifera: mala pars faciei rotunda: vt malum id est pomum: sed pomum est genus: est enim omnis fructus arboreus habēs corticem mollem: vt pomum. pirum. perseum. Malum species.

Malus, Mala. Malum.

Absq; nota satyre debent concessa redire.
Laan bør ath gonge lacke løst hiem.
Mutuo & commodo data debent restitui sine nota satyrica. i. sine mordaci repræhensione. immo debent cito & integre restitui anteq̄ repetantur. Ideo dici solet ꝙ qui mutuatur panem aut damnum aut pudorem accipit: damnum si meliorem aut maiorem reddit: pudorem si æqualē aut minorem. Nota fere accipitur pro signo & macula reꝑhensionis: & ideo ꝓpriæ notabiles sunt reꝑhensione digni: licet mediū sit vocabulū tā in bonū q̄ in malū: vt famosus nobilis insignis eximi⁹ & multa alia. Satyra est carmē maledicū vitia hoīm sine verecūdia carpens: dicta aut a satyris deis syluestribus & lasciuis: aut a satyra lance a saturitate dicta ꝙ multa simul fercula ꝯtinebat: aut a satyra lege: q̄ vna rogatione multa definiebat. Cōcessa hic ponit pro mutuo aut commodo datis. Mutuo

Nota.

Satyra.

dantur q̄ in possessionem eius cui dant transeunt: & non restituunt eadē sed similia in æquali pondere numero & mensura: vt frumentum: pecuniæ &c. Commodo data nō transeūt in dominiuʒ accipientis: quia tenet eadem restituere: vt vestes, equi, arma &c. Mutuatū. Cōmodatū

Ablue: pecte: canem: velut ante videbis inanem.

Two hwnd ackem hwnd dog er hwnd som førre waar.

Cani. i. homini bestiali & ad vomitum redeunti aut auaro frustra impēditur cultus: quia non mutat naturam: manet em̄ inanis bonorū moꝝ: vnde in lra M. Mergo Iordani menda fit equa cani: quod de Iudęo baptisato simulanter dici potest.

Abdomen sursum presentat coctile cursum.

Ded fede vill altijd oppe flyde.

Res pinguis semp supnatat aut supiora quęrit: vnde postea. Inter lixata superemanant adipata. dicit allegorice de immūdis cogitationibus quę lasciua producunt in os verba: quia ex abundantia cordis os loquit. Simile dici solet de vnguine in pulte: quod semp emergit: vt mulier impudica caput effert. Abdomen est pingue intestinorū. Iuue. Abdomine tardus. Coctile hic proprie accipitur: nam vt docet Valla idem est qd̄ coctū vt lateres coctiles q cocti sunt: pingue aūt coctum: petit cursum sursum id est supernatat: vnde oleū est optimum in summo: mel in imo & vinuʒ in medio. Coctilis.

Absq; instrumentis est mancus motus agentis.

Anbudeløss mand er handeløss.

Nota est sententia: similis illi haurit aquas cribro qui discere vult sine libro: & ideo dicit Aristoteles ꝙ difficile est indigentē bene operari. Bene dicit motus agentis: quia deus & spiritus sine motu agentes nō indigēt instrumentis: legendū est absq; non abs: vt putāt q abs pro absq; accipiūt: eo ꝙ absumere vocalem non audent.

Absenti Petro pulsat Paulus bene retro.

Første peder er wde da er pouild inde.

Hoc prouerbio vulgari admonentur patresfamilias domi manere: quia dū Petrus. i. princeps domus: sicut Petrus est princeps ecclesiæ, abest domo: Paulus. i. riualis eius pulsat retro. i. vult intrare per posticū. i. posterius ostium.

Accubitus hore pernice fluunt sibi more.

Snart løber tiden mend maaltid gørss.

Monet hoc adagio tempus accumbendi omne breue: aut ne oscitātes cibum capere negligamus: quia horę. i. tpa accubitus. i. accūbendi & sedendi ad mensam fluunt sibi more. i. consuetudine pernice. i. celeri: aut ne ni

mis cibo indulgeamus: & tpa perdamus in longis prādijs & cœnis: qa tēpus nō percipitur tūc elabi. Quidā male legūt ore ab os oris.

Acribus arctetur salibus qui segnis habetur.
Den lade skall mand altijd driffue.
Segnis. Segnes vrgendi sunt salib⁹.i.salsis & amaris verbis. Segnis est seorsuȝ ab igne qui maxime actiuus est.i.piger & tard⁹. Hoc galli dicūt. equo segni opus est calcari.

Actio chara fore quit breuitate more.
Snarth er gaffn giort.
Quod cito fit bene fieri videt: ꝯtra tñ dici solet: nihil nimis diu fieri dū= modo bene fiat. Est autē pentamēter versus.

A sponse more fuit vsa puella pudore.
Mø vaar blv som brvd.

Ad lectum gresse que nudipes abnuit esse.
Hvn spranck i seng til dreng met baade sko.
Quia sponsas decet pudor: eo ꝙ ad maritū traducunt: quapropter apud antiquos nubebant.i.sub nube & tegmine ibant. Ideo qñ aliqua puella pudice incedit: dicit more spōsę incedere. Sed debent simul legi duo v̄sus: nam cōstruunt sic. Puella vsa fuit pudore more.i.ad morē spōsę gressę ad lectū, q̄ sponsa abnuit.i.negauit esse nudipes. Et dicit per ironiā de auda ci puella & audaci sponsa: q̄ quęsita quare tā cito lectū petisset: respondit ꝙ nollet esse nudipes. scies ꝙ pes est syllaba potius longa. Virg. Stat soni
Pes. pes ac frena ferox spumantia mādit. Horatius. Mihi mēsa tripes &. Au sonius tamen vt hic corripuit.

Ad commensales se confert torta sodales.
Ee finder kage sine mage.
Prouerbiū tractū de more regionū in quibus torta edulij species a torqn do dicta circūfert ad commēsales: vt quisqȝ portionē capiat. Sodales sūt
Sodales. socij dapum. Inde sodalitiū, mutuo conuiuandi institutum.

Ad iuga vexatur bos: alter dum recreatur.
Ee hvilest oxe men anden aagest.
Dicit in eū q cuȝ alt ero onus suscepit: & portare recusat. Ordo est. Bos.s. vnus vexatur.i.varie torquet ad iuga.s.trahenda: dū alter.s. bos recrea= tur scilicet cessando.

Ad spondam pulla mulier non pellitur vlla.
Mand skal icke kaste sort kone til senge fiel.
Dicit de nigris puellis ꝙ extra periculū raptus sint: qa mulier pulla.i.ni gra nō pellit.i.nō cogit aut nō impellit ire ad spondā.s.tori: vt illic viole

tur. Melius legit mulier q̃ vxor: quia vxor licet nigra pellenda: tamen est si ire recuset.

Ad loca munifica redit esca datoris amica.
Mad haffuer mendske.
Dicitur de gratis ꝙ ad eos redeãt data: & est prouerbiũ tractũ a ꝯsuetudie ꝯuiuãtiũ: q dãt optima queq; obsonia sodali: vt eadẽ aut bonã partẽ reci piãt. Nã si improbꝰ fuerit & nihil reddiderit: nõ amplius illi apponeret. Esca igitur amica datoris: quia reuerti vult ad eum: redit ad loca munifi ca. i. ad datorem munificum.

Agno raro puto queq; dare munera muto.
Hwo giffner dwmme lamb.
Agnus dicit ab agnoscendo ꝙ balatu agnoscat matrẽ: q nisi balaret a pa store escã non susciperet: vnde dicit in viros pudorosos & nimis verecun dos: qui quia nõ audẽt necessaria petere semꝑ sunt in egestate. Vnde dicit Sæpe verecundos mutosq; videbis egenos.

Agris vix gliscit dissuescere sus quibus hiscit.
Onth er ath venye det swin aff vong som er i vant.
Sus inquit vix gliscit. i. difficulter crescit sup. in agris: quibꝰ hiscit. i. ardẽ et cupit dissuescere. i. alienꝰ fieri. i. in quibꝰ nõ libẽter viuit: ꝑ qđ significa tur neminẽ coalescere aut bene crescere: vbi inuitus viuit. Gliscere est cre scere potius q̃ ꝯcupiscere: vñ glires dicti ꝙ dormiẽdo crescãt: sunt aũt ani malia instar feliũ seu catorũ aut maiora: nõ mures: illi quos galli rattas vocant. Hiscere ẽ aperire os ex desiderio loquendi: vnde accipitur pro cõ cupiscere: solent aũt hæc duo verba aliter ab alijs exponi: sed meliora cõ silia sequor. Contrariũ fit de loco vbi porcus libenter nutritur: vt dicetur ibi. Porcus edax. Glisco.

Agros cum cerere vetat impia turba virere.
Onde mend aaringe spilde fordi kõmer aalden silde
Perniciosi & mali tã hoies q̃ pecudes q̃ ferę: destruũt agros cũ satis. Ceres est inuentrix frugũ: & ꝑ metonymiã accipit pro frugibus ab ea inuentis sicut Bacchus pro vino. Ceres.

Agmina letitie citant celeres balarie.
Valsker dantz gør glader plantz.
Chorę & iubilationes excitant agmina lætantiũ. Agmen ab agendo di citur proprie multitudo quę agitur a duce. Cito a cio producit priorem: a creo corripit. Balarię barbarum licet vulgare italis est vocabulum. Vn de auctor potius raris q̃ bonis vocabulis vti voluit: in hoc non imitan dus. Balarię.

Agro quo latitat lupus agnum prendere vitat.
Vlffuen bider icke paa den marck som han er baaren.

Lupus nō prędatur iuxta lustra seu latibula sua: qđ dicit de hominib' furacibus & prædonibus qui nō vicinos sed lōge habitātes prędantur. Ordo est. Lupus vitat. i. cauet prendere agnū sup. ī eo agro, quo latitat. i. cubile secretum habet.

Alterius plena frustra sonat ere crumena.

Den pung er tom en andensſ penninge er i.

Dicitur in eos qui confidūt in crumena. i. marsupio aut loculis seu byrsa aliena. Crumena. i. sacculus aut Zona seu theca pecuniaria: alteri' frustra sonat plena ære. i. pecunia si tu carueris ea.

Alter maxille cui substat nat leuis ille.

Den sømer lettelige som oppe holdiſſ aff en anden.

Ille leuis. i. faciliter nat. i. natat cui alter substat. i. sustētaculū & fulcimen prębet maxillæ. i. mēto aut capiti. Hoc est facile est se magnis reb' immiscere qui certū habet fulcimē & firmum adiutorem.

Algus in estate messi calor ede locate.

Kaald sommer gør varmt lade gwiſſ.

Aedes. Algor. i. gelu in æstate ē calor. i. fit feruor messi locatę. i. collectę: æde. i. horreo. Algus neu. genere: & algor mascul. dicit. ab algeo qđ est frigeo: ædes ī singulari ꝓprie nō dicit nisi de templo aut domo publica. in pl'i de priuata: vt vendidi ædes meas: non ædē meā: auctor tñ non obseruat elegantiam. Sēsus est subobscur' videtur tamē hoc dicere ꝙ iudicio rusticorū frigus vertitur in calorē: quando messis est in horreo: quia tunc non nocet pluuiosa & frigida tempestas.

Allec partiri leuis est energia sciri.

Sild er selff skiffter madh.

Sciri. i. vt sciat: allec, pisciculū notū, partiri. i. diuidi: est energia. i. industria & operatio leuis: quia siccū in duas partit partes anteq̄ coquatur.

Allec parcarum de sumptibus est epularum.

Sild er made vild.

Allec. Hanc vilitatē facit copia q̄ in Dacia est eius piscis: q tamē minime ꝯtēnendus est: sed quia pauperū illic cibus est: ideo ad parcas epulas deputatur: aut quia eius oppletio nocet: parce est allec sumēdum. dicit etiā hallec genere fœminino species gari. i. cōdimēti liquidi. Mar. Hallecem sed quam protinus illa voret.

Albida coruina tribus est mihi res peregrina.

Det er sielsiwnt at se hwide raffne.

Tribus. i. pullus & proles coruina albida. i. albicās est mihi res peregrina. i. raro aut nunq̄ visa: vt res peregrinæ ad quas nō accedimus: arte tñ

ſunt pulli coruini albi: ſed nõ natura. Vnde de re rara dicitur. Eſt cygno nigro vel coruo rarior albo.

Amphora fontiuaga redit haud ſemp ſine plaga.

Kilde gangen kande kommer offte bruden hiem.

Amphora. i. hydria: hoc eſt vas aquariũ: fontiuaga. i. quæ vagaꝛ dũ portatur frequenter ad fontes: haud. i. non redit ſemper ſine plaga. i. vulnere aut fractura: quia ad va da tot vadit vrna ꝙ ipſa cadit.

Amnem paruorum facit vnda frequens fluuiorum.

Mange becke oc ſmaa gøre en ſtor aa.

Multi riui & parui fluuij faciunt amnem. i. magnum fluentũ vt auctor
putat: cum amnis proprię ſit aqua ſubito currens ex pluuia aut niue: & Amnis.
non durans in æſtate: ab am. i. circum & no: quia cũ nõ haberet alueũ certum: natat circum arua. dicitur prouerbialiter quando multæ res paruę conſtituunt magnam.

Amne poteſt riuus potius fieri domitiuus.

Det er bedre ath ſtemme becken en aaen.

Facilius eſt domare riuum q̃ amnem. i. paruas vires q̃ magnas: vt operationes prauas: q̃ fomitẽ qui ex peccato originali ĩ nobis manet ad peccata inclinans. Interdum tamen: fonte ſuo riuus fertur magis eſſe nociuus: quia: Loth minor ebrietas inceſtus q̃ fuit eius. Domitiuus abuſiue pro domabilis hic dicitur.

Annorum ſpatia percalculat alma ſophia.

Draattin er aarſſ eyere.

Dicit illud euangelicum: non eſt veſtrũ noſſe tempora & momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Secutus illud: nõ eſt verbigena niſi Chriſt⁹
vera ſophia: ꝑducit penul. in ſophia: q̃ & gręcis & latinis breuis eſt. Per- Sophia.
calculare ẽ ꝑfecte q̃ſi ad calculũ numerare. Calculus aũt eſt lapillus calca- Percalcula-
ri ſolit⁹: q̃ ante vſum nummorũ proiectiliũ ad numerandũ vtebantur. re.

Annue munus ei cui fauet arra dei.

Lad den haffue gat der gwd vnder gaat.

Illi debet impertiri: qui pręſe fert ſignũ ꝙ a deo ametur: aut ꝙ deo ſeruit: vt ſunt religioſi in veſte: clerici: & oẽs chriſtiani ſe gerentes decenti veſtitu & geſtu. Et eſt pẽtameter verſus. Annuere eſt nutu aſſentiri: vñ nutu aut dare aut negare ſolemus eleemoſynã vt in templis ſilentiũ teneatur. alioquin ſup erbum eſſet: loqui nolle. Igiꝛ Annue mun⁹. i. donũ ei cui arra. i. teſtimonium dei fauet.

Anguibus eſt furnus quandoꝗ latex taciturnus.

Vdy tyſt vand ere verſt orme.

Aqua dormiens est fumus.i.obscurū receptaculum anguibus.i.reb⁹ perniciosis:hoc est in homine taciturno sepe latet perniciosa voluntas.

Ante fugam leporis cumulare canes tibi noris.
Reed hwndene før haren løber.
Monet ne quid sero.i.nimis tarde aggrediamur:quia tardū est congregare canes vbi lepus aufugerit:aut claudere stabulum : vbi vitulus ablat⁹ sit. Noris a noui imperfecto verbo.i.fac vt noscas.

Antra canes frangunt captiui veh sibi plangunt.
Mange hwnde bryder hwss: Ve vorder den som inde gribiss.
Indicat difficile eē inuitū custodire quia canes captiui frangūt si possunt antra:& plangunt sibi veh.i.pro tristitia vlulant exitū querentes:

Ante perit pero ꝙ pede cauma fero.
Før worder skoen arm en foden varm.
Pero.i.rusticū indumentū crurū ex corio:hic tamē pro calceamento poni videt:perit pro pereat ante.i.mali calceuȝ perire mihi:q̄ fero.i.q̄ pati velim:pede cauma.i.nimiū calorē:aptius diceret:ante perit pero q̄ mala crure fero.i.q̄ patior incōmoda in crure. Simile dici solet. Hunc fatuuȝ fateor quem calceus vrget & vxor.

Annulus abdatur vt inops opus aggrediatur.
Stryg aff guldfinger, oc tag till greben.
Si vis vt paup bene operet:aufer illi superflua ornamenta:quia inops si videt annulū in digito nolet operari:aut annul⁹ abdatur:quia impedit operantē ne multum operetur.

Aptis ad cauma veribus deus vnit adaugma.
Ee giffuer gud tilgorde spiudh.
Deus confert gratiā secundū dispositionem:quia vnit adaugma.i.incrementum carniū verib⁹ aptis ad cauma.i.ad ferendum calorē: nemo eñ ad veru quod cauma ferre nequeat carnes assandas ponit.

Arbor lentescat potius ꝙ fracta grauescat.
Deth tree er bedre der bøyer en det der bryster.
Melius est vt arbor lentescat.i.fiat lēta vt flectatur:q̄ grauescat.i.fiat grauis dum cadit fracta. Hoc est melius est iniquo oneri parere q̄ sub eo frangi & opprimi.

Arcu transitur dum lustra columba tuetur.
Ee skiwder bwen men dwen koxer.
Monet vt summa mala q̄primū fugiamus:qa interdū occasio fugiendi perit:quia dū colūba.i.quelibet auis tuetur.i.circūspicit: lustra.i.spatia

q̄ sol lustrat: aut latibula vt sunt lustra ferarū: ipa traijcitur arcu. i. per arcum emittentē sagittam. Sūt qui legant arcus quod nō placet qa non arcus traijcitur sed columba ab arcu misso telo.

Archimandrita non plebe fit ex parasita.
Man gør icke god erkebiscop aff en frodsere.
Ex mendica natione raro fit bonus præfectus. Parasitus est q oia etiā turpia facit scurriliter & assentanter causa cibi: para em̄ ad dicit: siton cibus Archimandrita hic capi videt pro archiepo: cū proprie sit princeps mulionū clitellariorū: nā mandra pro mulione hoc est mulorū aut equoruz gubernatore ponitur a Iuuenale: & stantis cōuicia mandræ. Est pterea vitium in secunda syllaba q̄ breuis esse deberet: per regulam cōpositū partē retinens i fine prioris. Nec obstat qꝫ græcum est: quia corripit in archigenes. archimagirus & cæteris. Parasitus.

Ardea transire nequit in sportam facile re.
Deth er onth ath komme heyre i merss.
Res ardua non facile obtinet: quia ardea auis alte volans nequit transire in sportam. i. vas in quo capta teneat: re facili. i. sine labore.

Arent consilia temporis absqꝫ bria.
Raad er icke bedre en wraad. vden det tagiss i tide.
Monet ne simus præcipites in ꝯsultando & vt matura cōsilia capiamus: quia cōsilia arent. i. fiunt arida & inutilia: absqꝫ bria. i. certa mensura et maturitate temporis: hoc est consilia debent fieri cū mēsura tēporis neqꝫ nimis cito neqꝫ nimis tarde.

Arida sarmenta recreant incendia lenta.
Tør ved gør rasker ildh.
Ad res lentas & exiguas debent adhiberi sermenta idonea: quia sarmenta: q̄ sunt putamina vitiū: hoc est palmites abscisi a vitibus arida recreant. i. reficiunt & lætiora ac maiora faciunt incendia lenta. Sarmentū.

Arripiunt aure quicquid stolidi sonat aure.
Daare lader ord gonge ind ath eth øre oc vd ath eth andet.
Stulto frustra dicunt verba sapientia: quia auræ. i. venti accipiūt quicqd sonat aure. i. in aure stolidi. i. hebetis & insensati: qui bestialē habet sensū sic dicit Stathius in achilleide. Irrita ventosæ rapuerūt verba procellæ. Et ideo dicit sapiens. Ecclesiastici. xxxij. Vbi auditus non est non effundas sermonem.

Atrocopi cesi sunt ore nothi prius esi.
ffolsk mandz mad: er først eden.

Improbat turpē morē comedēdi eorū q cibū dentibꝰ frangunt sine cultro quia artocopi.i.panes sunt esi.i.manducati prius ore nothi.i.degeneris & ignobilis viri: sup.q̄ cæsi.i.īcisi cultro. Artocopos est labor panis aut panifex sed accipitur pro pane: vt apud Iuuenalem. Salua sit artocopi re uerētia. Artos est panis: Kopos labor: & est græcum vocabulum.

Artocopos.

Ars est portanti leuis: vber ea sed egenti.

Konst er leeth ath beere.

Ars est facilis portanti sꝫ vber.i.fœcunda & multū vtilis egenti ea.

Artem cassando precedit vis aliquando.

Macthen gonger offte faar konsten.

Aliquādo ars cassatur per vim: quia interdū fortior vincit callidiorem.

Vis.i.robur.pręcedit aliquando artē cassando.i.annihilando eam.

Arctat mestitie spina cor arcta nie.

Drøffuelsenss toorn: gør hierted forn.

Dicere velle videt illud sapientis. Spiritus tristis desiccat ossa: sed cū vocabulū illud Nia fictitiū sit: qd dicat diuinare difficile est. sūt q exponāt sic. Arcta spina niæ.i.laboris aut inopię. aut vt sit per aphęresin dictum niæ pro pecuniæ: arcta spina niæ.i. difficultas habendæ pecuniæ: arctat cor mœstitiæ. Potest legi viæ vt sit arcta spina viæ.i. difficultas viuendi in hoc seculo in quo viatici sumus: arctat.i.ꝯstringit cor mœstitie.i.mœrore vt sit a nominatiuo mœstities ei.

Astree volitum sepe relegat itum.

Vilge er icke lande reth.

Docet anceps esse iudiciū eorū q pręsunt iustitiæ: quia cum debeant iudicare secundū allegata & approbata: cū diuersa allegent & ꝓbentur diuersi mode censent anteq̄ finalē sententiā pronuntient. Astrea erat virgo celebris cuius tēpore maxima fuit in terris iustitia: qua deficiente repetijt cęlum: vltima omniū cælestiū: quod ideo fingitur: quia iustitia quodāmodo necessaria est humanæ vitæ: cū sine fidelitate ne latrones quidē diu simul viuere possint: & ideo dicit Ouidius Vltima cælestū terras astrea reliquit: vbi per syncopam cælestū pro cælestiū posuit. Volitū.i.placitum & voluntas astreę.i.iustitiariorū: relegat.i.a se mouet sæpe itum.i.ꝑpositum in quod iuerat. Itus.i.itio aut iter. quādo aūt variæ erant iudicuꝫ sententiæ: solebant omnes vnius sententiæ ire in vnum locuꝫ: & ideo q̄ eundo indicabant sententiam accipitur hic itus pro sententia: quia mutando itum mutabant sententiam.

Astrea.

Ausus maiores fert canis ante fores:

Hiēme er hwnd dierffuist.

Canis in fimo aut domo sua audacior est q̃ in aliena: prouerbiu₃ est: aut dic ante fores. i. qn̄ habet refugiū in ædes dn̄i: sic quilibet in vrbe sua audet plus q̃ in aliena.

Aurum fulgorum superat fauus eloquiorum.

Gode ord ere bedre en guld.

Plus valet eloquiū viri sapientis q̃ aurum fulgorū. i. fulgidū: vt a fulgor fiat fulgorus ra. rum. sicut a decor decorus ra. rum. & ab odor odorus. de eloquio diuino dicitur psal. cxviij. Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua. De humano prouer. xvj. Eruditus in verbo: reperiet bona. Ite₃ Qui dulcis eloquio maiora reperiet. Itē Fauus mellis cōposita verba &c.

Auro vestire caueas indigna polire.

Mand skall ick gylde det som ey er guld wert.

Res indignę nō sunt auro aut alia re preciosa ornādæ: nisi consonantia₃ syllabæ auctor male affectasset aptius dixisset poliri.

Aures sunt nemoris: oculi campestribus oris.

Skow haffuer ørn oc marck haffuer øgen.

Monet vt cauti simus in loquendo & agēdo: quia aures sunt oris. i. regionibus & marginibus nemoris i. syluæ: & ideo nihil dicemus secreti in locis vbi occultari possunt arbitri: sed potius in medio campi: & ecōtrario oculi sunt oris campestribus: & ideo nihil mali faciemus in loco patenti & qa oīs locus diuinis oculis patet: nusq̃ mala facienda sunt.

Aurumo pluris cum qui placet ante deum.

Han er god: faar gwd er god.

Monet vt viros deo placentes pluris æstimemus q̃ qui placent mundo.

Aret seruilis fore qui festinat herilis.

Hwo aarle vill vere herre han bliffuer lenge swend.

Seruilis. s. conditionis homo qui festinat fore herilis. s. cōditionis aret. i. non prosperatur nec crescit: quia vt dicit Sapiens. Prouer. xxviij. Vir fidelis multū laudabitur: qui aūt festinat ditari nō erit innocens. Itē ibidē Vir qui festinat ditari & alijs inuidet, ignorat q̄ egestas superueniet ei.

A ianitrice merx non vendatur amice.

Mand køber icke pintell aff port kone.

Merx non vendatur amice. i. facili precio: a ianitrice. i. muliere ostiaria quæ ostiu₃ obseruat: aut quia ostiaria cum omnibus respondere habeat: callida semper sit: & opportunitatem habeat vendēdi quæ habet aut rapuit quandocunq₃ voluerit. Potest etiam Ianitrix dici meretricula quæ ante ianuam sedet expectans perditos iuuenes: cuius merx nulli vilis ē:

quia vltra stipem animã corpus & honorem perdunt omnes. dicũt hos versus esse addititios quod facile credo eo q seriem litterariam repetit: & quidam aliorum sunt versus.

Ardea fert secum quocunq volauerit anum.
Hwort heyren flwer da fører han halen met sig.
Moraliter qui ad altum statum perueniunt nõ continuo deformitatem suam deponũt: q ardea auis alte volans: quocunq volauerit portat secũ anum. i. podicem quẽ deformẽ habet oleto: & parum caudatum.

Ardea culpat aquas quia nescit nare per illas.
Heyren straffer vandet faar han kan icke søme.
Prouerbium in eos qui damnãt quib⁹ vti nequeunt: licet alijs bona sint.

Ablatis vitulis fit lupus esca lupis.
Seiffue risffuiff vlffue: naar de haffue icke kalffue.
Quando prędones & iniqui dñi non inueniũt quos spolient: spoliant se mutuo: quia ablatis vitulis &c.

Angarie causa fit legis habenula laxa.
Nødbryder ret.
Vt dici solet: necessitas non habet legẽ: vñ habenula. i. parua habena legis. s. humanę: fit laxa causa angarię. i. angustiæ & necessitatis. forte dicitur habenula diminutiue: vt intelligatur de lege humana: quia habena diuinę legis sępe non est laxanda propter necessitatem etiam mortis. Vnde non est mentiendum vt seruetur vita. Verum vt Maro dicit in Georgi. Quinetiam festis quædam exercere diebus fas & iura sinunt. Et ideo Maccabei pugnabant in sabbato: & vt dicit saluator: si bos iudæorum cecideri sabbato in foueam nemo fuisset qui non extraxisset eum. Et leges ecclesiæ fere cedunt necessitati: vt quãdo messes pereãt operari permittũt diebus festis: qñ bonum cõmune impediret: aut periculum vitæ fieret relaxant ieiunia. Quãdo de periculo vitæ timetur: eucharistiã non ieiunis ministrant. Sed in talibus non itur contra mentem legislatoris.

Assistens verum vetat vncum regula legum.
Low er rettenss styd: oc krogenss fork wd.
Regula legũ assistens. i. stans ad verũ. i. veritatẽ: vetat vncũ. i. prauitatẽ & curuorẽ: hoc est vult nihil obliquũ fieri & incuruũ. legi potest ascisceus id est aduocans verum.

Abscondit nucleum nux foris atra bonum.
Den brwne nød haffuer den søde kerne.
Idẽ dicet ibi fusca nucella &c. Nux atra. i. nigra foris. i. in cortice: abscõdit nucleum bonũ: hoc est sępe in corpore abiecto est preciosa mens: & in re minus delectabili vtilitas multa.

Acredo puerum virge meliorat ineptum.
Rijff gør gaath barn.
Acredo.i.acerbitas virgę:meliorat.i.emendat puerū ineptū .s. ad artem aliquam & ad virtutes. Ideo Prouer.viij. Qui parcit virgæ odit filium: &.xxij. Stultitia colligata est in corde pueri & virga disciplinę fugabit eā &.xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinā: si em̄ percusseris eū virga nō moriet. Tu virga percuties eū: & aiam eius de inferno liberabis &c.

Accipitris gerulus manibus non est homo quiuis.
Hwer mand haffuer icke høg paa hand.
Non omnis homo est gerulus accipitris.i.gerit accipitrem auem rapacē manibus: qa id dūtaxat est nobiliū & potentium.

Aduena tondet anus lanam sub ventre nec armo.
Gaardkone skal haffne qwit klipping oc icke bow vld.
Hoc dicterio rem lubricaȝ innuit: videlicet ꝙ aduena.i.peregrina ꝑ quā intelligit meretrix: tondet lanam sub ventre.s.suo:non ouis: nec.i. non sup.sub armo.i.scapulis ouis vbi densius est vellus.

Amphora persepe data si redit equat amorem.
Kande offuer gaard:ac anden igen:holder lengst venskaff.
Bibulorū parœmia: Amphora.i.poculū fere testaceū vbi ceruisia potus est:data persępe si redit persępe æquat amorem.i.cōseruat æqualē amorē cum em̄ vasculo vt dixi terreo potent multi: porrigūt id mutuo in signū amoris.

Apta foret furca si dente bicuspide functa.
Det waare en god tywe:hagde hwn to grene.
Ad furcam dicit necessarium vt sit functa.i.munita dente bicuspide: accipit em̄ furcam pro instrumento bidente quo fœnum & stramen vētilaẗ Est tñ etiā stipes bisulcus ad quē serui ligabant olim cędendi aut suspēdēdi: vnde ꝙ qui furcam meruerant eam gerebant furciferi dicebantur.

Arcanis rebus deferre silenter habemus.
Lønlig ting skall mand lønlig bere.
Nos habemus.i.tenemur: deferre.i.loqui de rebus arcanis silenter.i.tacite & secrete. Fero multa significat: vnde est versus. Fert patitur dicit fert cupit atq̧ gerit: pati: loqui: cupere & portare seu gerere. Et quia q doctrinale imprudenter legunt: putāt ꝙ verbis compositis liceat semꝑ dare casum prępositionis componentis: ideo contra morem latinoruȝ multas faciunt constructiones: vt assistens verum: pro stans ad verum: & defero rebus pro loquor de rebus. Nam si accipiatur pro honorē ferre: tunc non esset opus: vt silenter id faciamus. Fero.

Artauus stolidi fit primitus ambro butyri.
ffolsck mandz kniff er førstlį smøred.
Monet ne pueri cultello pennario aut calamario.i.quo pennas aut cala=
mos incidere debeant:butyrum incidant. Est autem ineptus versiculus
quia butyrum mediā corripit:& dicitur bouis caseus: & vnguen illud ex
lacte collectum. Pręterea nescio quo auctore Artauus sit cultellus penna
rius:cum pēnarius potius dici mereatur:si vsq̃ reperiatur.

Aulicolis iugis cenobitis nouus assis.
Dw skalt vere gāmild till hoffue oc vng til closter.
Apud aulicolas.i.in aula & palatio principum versantes: simus inquit
iuges.i.perpetui:apud cœnobitas.i cōiter in claustris viuentes:noui .i.
recentes:sup.si volumus esse in gratia:quia aulici amant veteres clien=
tes:cœnobitæ nouos vt noua audiant:male autem produxit secundam
syllabam in cenobitis.

Artauus puero subtractus fertur obeso.
ffetting haffwer tabed sin telye kniff.
Quando puer est obesus:quod proprie pinguē significat:sed hic pro ob=
tuso & hebete ponitur:tunc dicitur ꝙ artauus est illi subtractus : & ideo
quia non potuit scribere:nō poterit discere: ant sensus est:quādo puer est
obesus & pinguis dicitur ꝙ amisit cultrum quo panem incideret:& ideo
totum comedit.

Altius appense canis os sperat sibi perne.
fflœcked henger icke saa høyt:at hwnden ey acther sig bened.
Dicitur in eos qui rem nimis altam licet obtinere non queant: optant ta
men:nō tamē proprie sperant: vnde hic aptius diceret os optat. Perna ē
crus porcinū cum pulpis. Solet aūt depingi dependens supra caput ca=
nis anhelantis ad eam.

Acrior in stomacho furit egra fames bene sano.
Hwnger er harth swerd i helbred maffue.
Quanto quis est sanior tanto magis torquetur a fame:quia magis dige
rit & diutius famem sustinet: valitudinarius eīn statim fami succūbit.

Arbore de dulci dulcia poma cadunt.
God rodh ber gerne gode eble.
Ouidianū est & notæ sententiæ prouerbium.

A boue maiore discat arare minor.
Aff det store nød lerer det minder ath draffue.
Monet vt imperiti & minores a doctioribus & senioribus erudiantur.

Ad villam bona magna trahit plaustrata voluntas.
God vilge drager stort leeff till by.

Bona voluntas trahit ad villam.i.in horreū aut si abusiue posuit pro oppido: in oppidum: plaustra.i.onera imposita plaustris magna: per quod innuit beniuolentiā operariorū captandā: quia inuitis bobus nunq̄ trahitur bene currus.

A cane non magno sepe tenetur aper.
Offte gribeff vildbasse: aff liden hwnd.
Etiam Ouidianum est per quod monemur hostem non contēnere q̄uis paruum. aper.i.sus siluester tenet.i.capit a cane nō magno.i.paruo.

Alterius lucra dolet inuidus vt sua damna.
Man sørger offte faar en andenff gaffn.

Quia inuidus alterius rebus macrescit opimis: dicit em̄ inuidus q non potest videre bona alterius. Doctius diceretur lucra alterius dolent inuido: q̄ inuidus dolet lucra &c.

A radice sapit pomum quocunq; rotatur.
Dw triller icke ebled saa langt at det ey smager aff roden.
Orta referunt naturam originis suæ: vt homines patriæ suæ: q̄d postea sic dicetur Stirpe saporatur pomum quocunq; rotatur.

Anser ait Petro: modo plaustro vulpe retentus.
Peder sagde gaasen: ieg ager der reffuen løff at skouen met hende.
Irridet eos qui pernicioso solatio gaudent: vt anser asportatus vulpe qui dicit se vehi. Accipitur autem hic plaustro pro eo quod est in plaustro vehor: sicut equito accipitur pro vehi in equo: est autē indocte dictum: forte sic prius legabatur. Anser ait Petro me vulpes fert modo retro.

Aut os periurat: manus aut manui data reddat.
Hand skall hand fonge eller mwnd emen swerge.
Aut os piurat.i.piurium facit manui aut man⁹ reddat manui data.s.sibi a manu: quia vt est in apologis: & recitat liuius libro primo. omnia membra coniurauerunt semel in os & ventrem criminantia q; quicquid lucrarentur id omne venter per os immissum absumeret: noluerūt q; amplius laborare: sed dum ori nihil cibi daretur: nec per os ventri: statim languentibus membris cæteris, compertum est non parum p̄desse membris quæ per os sumuntur: quia diffunduntur ad singula membra. Periuro consuetius dicitur peiero.

Sequitur de litera B.



Acchus q̃z ciath⁹ ſicc⁹ p̃ſtat tenuat⁹.
Bedre er tynt øll en tør ſkaall.
Bacchus.i.potus vini:tenuatus,i.debilitatus per infuſionem aquę:pręſtat.i.melior eſt q̃ ciathus ſiccus.i.poculum inane:hoc eſt melius eſt habere tenuem potum q̃ nullum.

bãcũ laus tonat quẽ feieũ decꝰ oꝛnat
Den benck er Well prydet ſom ſath er met gode qWinder.
Laus tornat bancum i.cũ laude tornat & fit torno bancus.i.ſcamnũ aut ſedile:& eſt barbarum vocabulum:quẽ.ſ.bancũ.i.qđ ſcamnuʒ decus fœmineum.i.fœmina decens ornat.i.bene tornatũ & inſtructũ debet eſſe ſedile in quo mulier decora ſedeat. Et ſentẽtia & latinitas modica eſt:vt etiam in proxime ſequenti.

Bacchi reſtrictu falco: Brunellus in ictu.
Barn ſkall haffue dricke ſom høg oc hWg ſom aſen.
Falco.i.accipiter auis rapax a falcato roſtro & vngue dicta: neſcio an latine:ſup.proficit aut docet (eſt em̃ eclipſis verbi) reſtrictu.i.coarctatione bacchi.i.potꝰ:Brunellus.i.aſinus docetur in ictu. Hoc eſt aſtuti ſunt docendi per abſtinentiam potus:ſicut falco vt ſanguinem ſitiat a potu prohibetur: & duri ac hebetes ꝑ verbera:quia vt dicitur. Ruſticus ac aſinus nucis arbore connumerata:non facient fructuʒ niſi cũ fuerint baculata.

Bos erit in victu puer: vt veruex in amictu.
Føde ſom nød ac klede ſom veder.
Puer erit vt bos in victu:& vt veruex.i.aries caſtratus: in amictu. Hoc eſt erit ſobrius & minime curioſus:quia bos potat aquã ſolam:nec ſæpe nec vltra menſuram:nec auide ſed quaſi pitiſſando & ſugendo: manducat herbas ad ſatietatem & eas ruminat remaſticando. Veruex aũt veſtitur propria lana: et ea non fucata nec adulterino colore infecta. Sic pueri precipue ſtudentes debent eſſe ſobrij in victu.i.cibo & potu: quia crapula nocet ingenio & ſanitati:item ſimplices in veſtitu: ſicut primi parentes fuerunt:quia vt dicit Eccl'i.xxix. Initiuʒ vitæ hominis aqua & panis & veſtimentum & domus protegens turpitudinem.

Baiula linguarum non ſit faux vna duarum.
Mand ſkal icke haffue to tWnger i en mWnd.
Prohibet ne ſimus bilingues & duplices aliud vni aliud alij dicẽtes:aliud in ore & aliud in corde habentes.vna faux.i.guttur aut os:non ſit baiula.i.portatrix duarũ linguarum.

Balliuo lites vel preſbytero dare vites.

Dw ſkalt icke kiffue met din foged eller met din preſt.
Monet ne contendamus cum prępoſitis noſtris tam ſecularibus q̃ eccle=
ſiaſticis: & bene: quia vt dicit apoſtol⁹ Paulus: Nō eſt poteſtas niſi a deo
Et ideo dicit Heb.xiij. Obedite prępoſitis veſtris ſubiacete eis. Balliuus
vocabulum eſt nouitiū antiquis Romanis ignotū: quo tñ vtunt̃ cano=
nes de ſen.ex. Dilecto. & in cle.i.de pen.capit̃ ꝗ pro pręfecto vrbis: vt qui
dam volunt a baiulando ꝙ virgam baiulet: vt alij a Ballo græco verbo
quod eſt vrgeo & impello. Preſbyter gręce preſbyteros.i.ſenior: hic autē
capitur pro ſacerdote: ridiculum eſt etymon ꝙ ſit prębens iter.

Barbe pendenti pudor eſt tremulentia menti.

Det er ſkam ſkegged hage ath dantze.
Varie exponit̃: nā menti poteſt eſſe gti caſus a ntō mentū & datiui a mēs
ſi gti ſenſus eſt: tremulentia.i.trepidatio menti.i.inferioris partis oris q̃
mouetur loquenti & comedenti eſt pudor barbæ pendenti.i.prolixæ: qa
etiam ipſa tunc tremit & trepidat. Si dati: ſenſus eſt. Pudor eſt barbę pen
denti & tremulētia eſt menti: hoc eſt qui prolixas gerunt barbas: vt terri
biliores appareant: ſępe habēt tremorem in mente & verecundiam in fa
cie. Et ideo non ſunt portandæ prolixæ barbæ niſi vbi moris eſt: vt ī græ
cia: quorum morē nō auſim reprehendere cū natura nihil fecerit fruſtra.

Baſio ſepe volam cum gliſco luem fore ſolam.

Man kyſſer offre den hand: han vilde affue vere.
Eſt tamen duplex ſenſus. Alter ſic. Ego baſio.i.oſculor (Sunt tamē oſcu=
la officij & honeſtatis: Baſia laſciuiæ ſigna) ſæpe volam.i.manum (ſed
improprie partem pro parte ponit: nam vola eſt interior pars man⁹ cū
exteriorem oſculari ſoleamus) cum gliſco.i.cupio (cū proprie ſit creſco)
ſolam luem.i.peſtem & perniciem fore.ſ. illi cuius manum deoſculor.q.
d.oſcula ſæpe inimico animo dari: vt Iudas fecit Chriſto. Alter ſenſus ē
Ego baſio ſępe volam.i.manū dū gliſco luē fore ſolā.i. vnā & ī ſolo baſia
to non in me: quia manus minus infecta ſæpe eſt q̃ os.

Bella iubens paria piget egro monomachia.

Siwg mand loffuer icke gerne kamp.
Monomachia.i.ſingulare pręlium ac certamen quo vnus cū vno de vi=
ta dimicat (Non bene aūt ſeruat legem metri auctor in eo vocabulo) iu=
bens bella paria.i.in eodem numero bellātium: & ſimilibus telis fieri: pi
get.i.diſplicet ægro.ſ.aīo. Pręter morē accipit piger perſonaliter cum da
tiuo: cum imperſonale ſit & accuſatiuum cū genitiuo regat quale eſſ3 pi
get ægrum monomachiæ.

Basiat armigerum femina propter herum.
Qwinde kysser offte swenden faar herren.
Armiger. Sępe famulo aut ministro ostenditur signum amoris ppter dominum quia fœmina lasciua: basiat armigerū.i.ministrū qui arma domini gerit hastam & galeam donec pugnanduz fuerit: & ponitur hic proprie: nā errant qui pro bellatore accipiunt, propter herum.i. amorem heri: sicut Ouidius docet per pedissequas aditum quęrendum ad dominas.

Belli rumores sunt strages. preda. cruores.
Kiffuiff røcthe: er døde mend oc saare.
Strages. De bello em̄ nihil auditur nisi malum vt strages.i.cumuli cadauerū stratorū a sternendo em̄ strages dicit: pręda.i. prędationes: & cruores.i. effusiones sanguinis. Et ideo dicit apud Vergiliuz. Nulla salus bello pacem te poscimus omnes. Et apud Ouidium. Candida pax homines: trux decet ira feras.

Belliger athleta victrice cadit sine meta.
Alle kempe f Wlde seyer lyse.
Athleta belliger.i pugil bellicosus & assidue pugnās: cadit sine meta.i. sine victrice. Hoc est raro habet metam vitæ suæ victricē: quia optimi bellatores primi occiduntur: optimi natatores primi submergunt: optimi scansores primi colla frangunt.

Biga licet lente boue fit progressa trahente.
Han kommer oc fram som ager met øxen vogn.
Biga. Monet non cessandum esse: quia res q̄ non cessat licet lente & tarde ad metam tamē peruenit. Biga apud Idoneos raro aut nunq̄ singulariter reperitur. sunt aūt bigæ binis equis aut bobus actæ: trigæ tribus &c. Fit progressa pro eo quod est progreditur: rude dicitur.

Bestia fit domita verna nec asper ita.
Man temmer vilt dywr oc icke ond kone.
Bestia vt equus & mulus fit domita.i. domatur: ita i.per iter longū: nec i. & non & verna.i. seruus domi nostræ ex ancilla natus fit non asper.i. fit mitis & minus ferox ita.i. itinere longo: quādo em̄ equus bene nutritus egreditur stabulo: & famulus gaudens equitare sedet in illo: vix possunt
Ita. retineri: sed longo itinere. Itus: ita & iter pro itione.i. actu eundi accipiū
Iter. tur via pro spatio.

Bilis se queq; suspendit nocte dieq;.
Mellem dagiff oc natthe rwm stilleff vrede.
Bilis.i. cholera quæ iram prouocat suspendit se: hoc est homo iracūdus: & atra bili grauatus nunq̄ est in requie: sed seipsum cruciat nocte dieq;.

Bis quasi sessor ouet quem petra sede fouet.
Han bliffuer tøssiwer hwill paa stenen sider.
¶Qui sedet in petra duplici gaudet beneficio & q̄etis & certitudinis aut refrigerij. vnde dicitur in euangelio de ijs qui super petram ædificauerūt q̄ nec vento nec aquis loco pellantur.

Blanda gule prendi fit potio seua rependi.
Søth er ath dricke oc siwrt er igen at giffue.
Potio (proprie medicinalis) fit blanda. i. delectabilis gulæ prendi. i. vt prendatur & accipiatur: sed sæua. i. crudelis & aspera rependi id est dum rependitur & redditur aut per vomitum aut per nimiam egestionem. dicitur de rebus male partis & de amorib⁹ male conciliatis: quia facile est accipere: triste reddere. & de similibus.

Bos non semper onus substet licet ad iuga pronus.
Villig oxe skal mand icke altijd driffue.
Iumento licet ad iuga. i. laborem prono. i. inclinato & parato parcendum est: & similiter famulo & amico beniuolo. Non substet. id est non sustineat onus semper &c.

Bos in lectica non omnia signat aprica.
Det er icke faar gode ath oxen ager i vogn.
Verba sunt aperta sed allegoria est obscura. Lectica est vehiculu3 in quo est lectus: in collo seruorum seu iumentorum portabile: in quo diuites vehi solent. Apricum est soli expositum & non habens vmbram. Si ergo bos iaceret in lectica loco diuitis, nō signet omnia aprica loca: quia quo Apricum.
cūq̄ vehatur secum vmbrā suam ferat: q̄d de homine pingui dici potest. Aut bos ī lectica. i. trahēs lecticā: nō signet oīa loca aprica q̄a exorbitat.

Bos ad aquam tractus non vult potare coactus.
Mand maa lede oxen til vandet. Mand kand icke nøde hānen til at dricke.
¶Nullum violentū delectabile: vt docent boues & asini qui licet sitiant non bibant si bibere compellantur.

Bos bos dicetur terris vbicunq̄ videtur.
Mand leder et nød aldrig saa langt at det ey bliffuer et nød.
¶Bos licet loca mutet substantiam et naturam non mutat: & ideo dicit in epistolis Horat. Cœlum non animum mutant qui trās mare currūt. Et vulgo dicitur. Qui fuit hic asinus non fiet in vrbe caballus.

Buccula sit cuius ad caudam se gerit huius.
Han ska. til halen som koen eyer.

Buccula.i.vitula aut iuuencula vacca: sit huius.s. vaccæ fœtus: ad cui⁹ caudam se gerit. Siquis velit nosse dum vitulus vnus duas sequitur vaccas: aut canis vnus duos dños: vtrius sit: separa hos & illas: & quem sequntur illius erunt. Sic bona huius mundi cognoscuntur nostra non esse: quia nos hinc migrantes non sequuntur.

Bucca facem vento vix pascit polline tento.
Mand kand ey baade blese: oc haffue meel i mwnden.
¶ Tantisper dum pollinem aut farinam seu pultem farinaceum in ore tenemus non possum⁹ bene sufflare & buccis excitare facem.i. flãmam.

Bombi sit nata lerule coeunt similata.
¶ Lige om lige: fiseren fick fierterensf daather.
¶ Sæpe qui aluum laxare surdo vento volunt in bombum.i. vehementem sonum erumpunt: Est enim Bombus vehemens sonus: vnde quidam apud Persium Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. Et inde instrumentum bellicum Bõbarda.ꝙ cũ ardore bombum emittat. Lerula fictitium vocabulum pro vento summisse & furtim emisso per podicem. Nata igitur lerulę sit nata bombi.i.quod sine sono magno paratur emitti: emittitur sępe cum eo: quia similata.i.parum distantia coeunt: non em̃ differunt in substantia: sed in modo emittendi.

Bos alter breuiter pausat iuga dum subit alter.
Ee hwilesf oxe men anden aagisf. Notum est.
¶ Alter bos.s.duorum qui simul mittuntur ad iugum pausat.i. requiescit a labore: breuiter.i.breui tempore: dum.i. donec: aut interea dum: alter subit.i.subintrat iuga.s.currus: vt simul trahant.

Bella gerunt mures vbi murilego caret edes.
Der er ont i hwse: som ingen er kwse.
¶ Etiam notum est: dicitur in familiam petulantem absente domino: Terentius: ita fieri vt solet dñi vbi absunt. Aedes vt dixi pro priuata domo apud doctos non dicitur singulariter: sed pro domo sancta aut publica. murilegus dicitur ꝙ legit.i.colligit & furatur mures: & quia animal est catum: catus dicitur per vnum t. latine autem feles. vnde dici potest. Libere agant mures careant si felibus ædes.

Sequitur de litera C.



Aluũ deciduus crinis facit vnꝰ τ vnꝰ.
Eeth haar oc et endet gør bonden skaldet.
¶ Sepe paulatim bene fit: qđ vno impetu fieri nequit: vñ Sertorius volens ostendere exercitũ hostilem maiorem suo: paulatim imminuendũ & non semel delendum: iussit militi vt caudam equo detraheret: quod cum nequiret: ipse iam duos iam tres iam quatuor iam plures aut pauciores semper autẽ paucos detraxit pilos: donec totam caudam depilauerat. Vnde crinis vnus & alter. i. vnus post alterum deciduus. i. deorsum cadens: facit. s. hominem tãdem caluum. i. priuatum capillis.

Callidus opprimitur dum callidior reperitur.
Naar kyndiger kõmer til klog: da haffuer klog tabed.
¶ Ita dici potest contra Vlyxem opus esse sesculyxe. Nota est sententia.

Clam'mors illata: nequit occludi simulata.
Mord maa icke dylyess.
Mors licet occulte veniat non potest diu occultari: quia simulata non possunt diu durare: & non possumus neruis dare verba. i. decipere vires corporis. Aegri igitur ægritudinem dissimulare possunt ad tẽpus: mortem non possunt.

Campsor limphatur qui dans rixas alapatur.
Daare giffuer ord vd oc tager hwg igen.
¶ Stultus est campsor. i. ꝯmutator qui pro verbis recipit verbera: & ideo non debemus prouocare verbis ad iram eos a quibus possumus recipere verbera: nec possemus obsistere. Limpha est aqua: quaꝫ furiosi a cane morsi inspicere non possunt: compertumq̧ putant ꝙ qui nymphas in aquis viderint furore rapti sint: vnde Limphati dicuntur furore capti: nec dicis vinũ lymphatũ sed dilutũ. Alapari capitur hic pro alapis cędi.

Canus honoretur: puer ad documenta citetur.
Den gamble skal mand ere. oc den vnge skall mand lere.
¶ Duplex est sentẽtia altera sic. Vir canus. i. senex honoretur & puer citetur ad documenta. i. doceatur. altera sic. Puer citetur ad documenta. i. discat bonos mores & bonas artes: vt canus honoretur. Vnde Persius bonas artes vocat miseris viatica canis.

Cari rarescunt homini cui busta virescunt.
Han haffuer faa venner: som haffuer mange grøne graffuer.
¶ Quãto qs plus habet sepulcrorũ tãto minꝰ habet amicorũ: qa amici eius mortui sunt. Busta dicuntur sepulcra cinerum corporum vstorum quasi bene vsta. Cætera nota sunt.

Carnibus vtatur qui caulibus ante cibatur.
Hand er verd sit kød som od sin kaall.
Hoc matres pueris dicunt vt caulibus & leguminibus prius vescantu:

Care scias gnare quod frigis sentio nare.
Ieg lucter vell huad dusteger.
Modici momenti sententia sed ob consonantiam inuēta. O Care.s.amice:scias gnare.i. gnariter & prudenter:ego sentio nare.i.naso:id quod frigis.i.in frixorio assas & coquis.

Cardo ribaldorum fert iugiter arma furorum.
Offte gelder dør stackarle wrede.
¶ Dupliciter tamen exponitur:quia alij accipiūt ribaldos pro riualib9 sicut Galli:Riuales autem sunt vnius mulieres amatores dicti ꝙ inter se bella gerant vt tauri ad vnum riuum aquati dum pro iuuenca certant.& ita sensus est. Cardo.i.ostium aut postis ostij Ribaldorum.i. riualium,i.duorum mœchorum aut procorum meretriculę: fert iugiter .i.incessanter arma furorum.i.quæ furor ministrat. Arma furoris sunt quæcūqꝫ in manus veniunt. Alij vt teutonici saltem inferiores vocant mendicos ribaldos qui ante ostium diuitum rixantur.sed verius priore modo exponetur:licet ribaldus non dicatur latine:sed riualis.

Carum crede forum farcimen dans gobiorum.
Der er dyrt køb som mand gor pølse aff stint.
Farcimen est cibus factus ex intestinis & hærbis ac aromatis delicatis: & quia gobijs aut gobionibus qui parui sunt pisces:parua aut nulla fere sunt intestina:ideo dicit eorum cara farcimina. Sane gobius aut gobio primam producit.Iuue.Nec mullum poscas cum sit tibi gobio tantum In loculis.

Casum flore carens arbor cito nouit et arens.
Gāmilt trøe er falt i vane.
Duo sunt signa ꝙ arbor tendit ad ruinam: vnum si non amplius floret alterum si arescit. Similiter in homine qui est arbor euersa habens os sursum quod arbor habet deorsum: vnum quando non floret mens eius per bona consilia,& pia opera:alterū quando corpus eius aret: nec cibū digerere potest.

Casus vtrunqꝫ dirimunt os sepe bolumqꝫ.
Langt er mellem mwnd oc bidh.
¶ Latine dicitur inter os & offam multa cadunt. Et est tractum puerbiū a patrefamilias: cui p oraculū seu vaticiniū indicatū erat ꝙ nō ãpli9 biberet vinū nouū e vinea sua:cū aūt maturę eēnt vuę iterfuit ac pfuit vi

demię: tenenſq; calicē vini noui dixit ad ſuos: vbi ſunt nunc diuini noſtri qui negauerūt me de hoc vino bibiturū? qđ cū diceret & calicē ori applicaret venit famulorum vnus clamitans aprum.i. porcū ſilueſtrē demoliri vineā: quo audito ille aſſumpto baculo in aprum excurrit relicto poculo: & ab apro diſcerptus vinum illud non guſtauit: vnde inter os & offam multa cadunt. Bolus dicitur vulgo morcellus. Ordo eſt Caſus.i. fortuita euenta: dirimunt.i. interſecant ſæpe vtrunq; .ſ. os & bolum.i. fruſtum cibi: aut offam.

Cattus gliſcit here. canis heroiq; placere.

Katten tien ſin frwe och hwnden ſin herre.

¶ Feles cupit placere domiaę ſuæ: & canis domino: hoc eſt ancilla matri familias: & famulus patri. Cattus ſcribi deberet vnico t & corripi: eo q feles ſeu murilegus catum.i. ſubtile eſt animal. Heros etiam nō eſt idem qđ herus q a herus eſt cuiuſcunq; rei dn̄s. Heros vir ſemideus & heroica virtute præditus: & ꝓprie ex altero tantum parente mortali natus. Vt Achilles. Aeneas. Hercules &c.

Cauda bos iterū q eget redit illa dierum.

En kōmer den dag ath koen thaar ſin hale ved.

¶ Illa dierum.i. illa dies q.i. in qua bos eget iterum cauda redit. dicitur in eos qui rem vtilem abijciunt eo q pro tempore non ſeruit. Sicut bos quidam in hyeme: videns caudam ſuam inutilem curauit eam abſcindendam: cum autem a muſcis morderetur in æſtate ſero indoluit abſciſſam caudam. Illa dierum figurate dictum: quia dies ī plurali tantum eſt maſculini generis. Reperitur tamen apud celebrem poetam. Venit poſt multas vna ſerena dies.

Caude vel capiti non ſermo ſit hermaphroditi.

Halſſkratʒ tale haffuer hwercken hoffuit eller hale.

¶ Sermo inquit Hermaphroditi.i. eiꝰ q neq; vir ē neq; mulier: ſed vtrūq; ſexum participans: non ſit caudæ.i. fini. vel capiti.i. principio: quia mulieris ſermo caudæ congruit: viri capiti: ſed cum neuter perfecte ſit neutri ſermo eius competit. Sane Hermaphroditus erat filius Mercurij & Veneris. vnde ab Hermete ſeu herma.i. Mercurio & aphrodite.i. venere e ſpumis nata deducitur: Putaturq; ſcđm Fabulas Ouidij vtriuſq; ſexus participationem habere: quam qui habent androgyni dicuntur .i. viri & fœminę. nam aner huius andros vir eſt: gyne mulier. Sane mercurius eſt deus facundiæ & ideo ſermo eius non conuenit caudę: & venus eſt dea amoris. & ideo ſermo eius non cōpetit capiti.i. grauitati. Viri autem fœminini raro grauiter loquuntur. Hermaphroditus.

Caude dedecora dilatat ſtirps inhonora.

Vanarth haffuer en long ſtert.

¶ Si quid vitij eſt in humili populo id per eius generis inhonores & tur pes dilatat. quia ſtirps inhonora .i. expers honoris dilatat .i. diuulgat dedecora .i. ꝓbra caudæ .i. infimę plebis: aut ↄmiſſa ꝑ caudā mēbrū viri- le: quia ſcelera turpiū parētū dilatāt filij turpiores

Cauſa necis verri pingui ſolet illico ferri.
Feth ſwin fonget ſnart ſag.
¶ Facile inuenitur cauſa mortis eius cuius mors nobis vtilis eſt: vt ver ris .i. porci caſtrati (Sicut em̄ veruex eſt aries caſtratus ita verres porcus) pinguis: quia eius caro appetitur.

Cauſa vaporare fumum facit ex aliqua re.
Røgen kōmer gerne aff brandene.
Vulgo dicitur non eſt fumus ſine igne: de eo cui⁹ cauſa licet lateat: ſubeſſe tamen cenſetur. Vaporare eſt emittere vaporem .i. fumum humidum.

Cecutiens pueri ſtomachus cenſetur haberi.
Blinder er barne maffue.
Stomachus pueri cenſetur haberi cecutiens .i. male videns: quia pueri non perſpiciunt quid comedant.

Cecum lux linquit: ſurdum ſonus inſtruit in quid?
Deen døffue hører nogeth: den blinde ſeer inthz.
¶ Lux i. claritas viſus linquit cęcū: quia caret viſu: ſonus inſtruit ſurdū in quid? q. d. in nihil: quia ſonus linquit ipſum vt lux cęcum.

Cedere maiori non eſt pudor inferiori.
Det er icke ſkam ath den mindre viger den ſtørre. Notum eſt.

Cede magis verbis ferulis q̄ꝫ veris acerbis.
Deth er bedre ath ſee ved ord: en ved hwgh.
Melius eſt cedere verbis hominis iracundi aut potentis q̄ dari .i. ſubijci eius ferulis .i. verberibus acerbis: quia qui verbis non cedūt ſeſe feriunt.

Cenſus preſto datur qui chirographo ſolidatur.
Farendhe er feſter øøre.
Cenſus .i. penſio aut vectigal datur p̄ſto .i. ſtatim ſine difficultate qui ſo lidatur .i. corroboratur chirographo .i. ſcripto manus eius qui ad cenſū pendendum ſe obligauit.

Certius auditu fit quod viſus ſcio ſcitu.
Sywn er ſaffue rigeſt.

¶ Id quod ſcio ſcitu.i.ex cognitione viſus.i.quod vidi ſit certius auditu .i.q̃ id qđ audiui. Vnde Plautus plus valet oculatus teſtis vnus q̃ auriti decem. Et i euãgelio dicitur quod vidimus teſtamur: intelligitur autem non de rebus quas audimus: ſed de quibus rumores audimus qui ſæpe falſi ſunt. Interdum tamẽ viſus plus decipitur q̃ auditus. vt in p̄ſtigijs. In ſacramento autem altaris tam auditu q̃ viſu decipimur: quia ſicut videmus ſpeciẽ panis qui in eo nõ eſt: ſic audimus ſonitũ panis fracti qui itidem illic non eſt: per auditum tamen ducimur in eius cognitionem: quia fides ex auditu eſt. Sicut Iſaac auditu iudicauit Iacob quẽ tactu guſtu odoratu putauit Eſau. Viſu autem non dijudicauit: quia tunc cæcus fuit.

Certant intrare cuncta fluenta mare.
Ee vil vand til ſtrande.
¶ Vnde Eccl's j. Omnia flumina intrant in mare: & mare non redundat. Solet dici quando habenti plurima plura dantur. aut quando cuncta originem ſuam repetunt.

Cernuus incedat cui baſſam ianua ſe dat.
Han ſkall lude ſom laſſue haſſuer dørre.
¶ Quando ſuperliminare oſtij eſt demiſſum: oportet intrantem flectere collum: & eſſe cernuum.i.inclinato capite quaſi cernente ad terraȝ. Hoc eſt qui vult ad aliquam curiam intrare debet ſe ſe moribus illius conformare.

Certat magnopere ceruiſia verba mouere.
øll gør ſtore ord.
¶ Sicut in Gallia dicitur de potis non homines ſed vina loquuntur: ita vbi potus frumentaceus quæ ceruiſia dicitur inebrians coquitur: quãdo poti immodice loquuntur dicitur: Ceruiſia mouet verba.

Ceſpite natali quilibet optat ali.
Did ſtwnder belg ſom baaren er.
¶ Habet eñ natale ſolum eam dulcedinem vt alumnum ſuum facile ad ſe retrahat. Vnde Quærit alumna ſolum vel gens vel auis ſibi ſolum.
Die voghel vnd die man keert dor hen dor he quam.

Cetum iunctiua fugat alecum comitiua.
Sambled ſild ſtygger offte ſtor hwalff.
¶ Multi parui viri ſuperant virum magnum: quia comitiua.i. ſocietas: allecum iunctiua.i.quæ ſe coniungit et ſocialiter fluit: licet minimi ſint piſces. fugat cetum, id eſt ballenam. maximum piſcem: vnde Maro vocat immania cete. & diuus Hieronymus grandia cete. In plurali eniȝ genere neutro cete indeclinabiliter dicimus.

Cetus apum nutat apiastrum quando refutat.
Naar visen er borte: da flwe luerne vilde.
¶Quando apes apiastrũ.i.aut rectorẽ apium aut alvearium suum fugiunt tunc nutant.i.incerto errore vaguntur. Ergo quilibet loco natiuo ac gubernatori suo se cõmittere debet.

Colligit infantem pauper mulier pedetentim.
Aff lidet oc lidet sanker fattig kone barn.
¶Vult vt quod simul facere nequimus paulatim faciamus: quia mulier paupercula non potest educare & ad statum honestũ promouere filiuz suũ vna opera: sed pedetentim.i.paulatim & successiue id facit.

Commoda qui sentis iungas onus emolumentis.
Gaffn skal mz erfuede gieldiss.
¶Qui gaudet de emolumentis.i.lucris: debet obire onus propter qđ ea constituta sunt: qđ dicitur in sacerdotes & officiarios ociosos qui fructuz tamen metunt.

Compita sunt plura: fausti quibus actio pura.
Vith er veye mod salig er den som vell gør.
¶Compita.i.loca quæ competuntur.i.a multis simul petũtur sunt plura.i.valde multa: & ergo fausti.i.beati sup.sunt ij quibus actio sup.est pura: quia licet videantur non arguuntur. Et dicitur in eos qui turpiter agunt: quia se a nullo videri putant cum sæpe errent: quia semper a deo & ab angelis videntur.

Compita sunt multa.bona dilige: non age stulta.
Vith er veye modh: vel er den som vel gør. Idem dicit quod prius.

Commentis sit opus ad deitatis opus.
Der hør hielp til gudz hielp.
¶Opus sit cõmentis.i.vtile esset cõminisci & diligenter cogitare ad opus deitatis: quia iudicia dei abyssus multa: sunt enim inscrutabilia nobis: semper tamen iusta.

Consiliis floret bona quem formido decorat.
Den worder raad som rediss.
¶Quicunq; bona.i.decenti formidine prẹditus est: floret consilijs: quia nihil temerarie facit. Ordo est: is quem formido bona.i.decens & moderata decorat.i.ornat: floret consilijs.

Consilium rere fore frigens in muliere.
Kalt er qwinde raad.

¶Mulieres sunt tardę a d consilium: sunt tamen solerters & sæpe cordatæ bonoq; consilio prędítæ: sed minus q̄ viri. Penultima in muliere ab idoneis corripitur.

Consilium tabet ni bene tempus habet.
Raad er icke kedre en vraad: vden den tagiss i tide.
¶Festinatio & præcipitatio facit consilium tabidū.i.corruptum & vitiosum: lente em̄ est consultandum & capto consilio cito operandum. Vnde Sallustius. Priusq̄ incipias consulto & vbi consulueris mature facto est opus.

Constat maxillis quantum quis mandit in illis.
Det kender paa kind hwor kase haffuer mased.
¶Dicitur in eos qui non possunt diuitias & opes suas abscondere.

Consueuere rudi primordia cedere ludi.
Ee vinder folsk mand første leeg.
¶Primordia.i.init ia ludi consueuere.i.solita sunt: cedere.i.votis annuere: rudi.i.imperito: quia imperiti solent in principio lucrari: sed in fine perdere: sicut in bello interdum contingit: vnde Maro aspirat primo fortuna labori. Sed nihil inuitis fas queq̄ fidere diuis.

Consueuit dici relabant morientis amici.
Døde er død mandȝ venner.
¶Amici mensæ & feli citatis relabant dum amicum vident in periculo mortis sicut discipuli Christi relicto eo fugerunt omnes: sed præ timore non ꝗ ficti essent.

Contingit queri forsan quod tedet haberi.
Mand leder offte at ded man vill ey finde.
¶Omnes enim petimus fieri senes: & nullus iam velit esse senex. Præterea vt docet Flaccus in primo sermonum nemo est cōtentus sorte sua: cupiuntq; omnes alienam, quam si detur haberenolint.

Consumptis vitulis lupus esca lupis fit edulis.
Selffue riffuiss, vlffue naar de haffue icke kaiffue.
¶Quando non est rapacibus quod innocentibus rapiant se mutuo depredantur: quia lupus fit esca edulis.i.comestibilis lupis. vitulis consūptis.i.deuoratis.

Consonus esto lupis cum quibus esse cupis.
Hwo som omgongiss mȝ vlffue han skall tiwde.
¶Oportet hululare cum lupis & gannire cum vulpibus qui vult pacificus agere inter illos & illas. Vtendum est ergo foro & curia nihil tamen

tamen mali aut turpis faciendum in illa.

Conteret in frusta bona vasa puella vetusta.
Gammel mø bryder alle kar sønder.
¶ Puellam accipit more patriæ pro famula: nam & Flandrini famulaz iuuenculam vocant etiam si centum sit annorum. Puella ergo vetusta: qualis nulla est nisi moribus: quo modo dictum est puer centum annorũ morietur. hoc est mulier delira & vetustate tremẽs & cęcutiens ꝯteret vasa bona vt terrea aut vitrea aut cristallina in frusta. id est fragmẽta.

Clarescit domino: cui laus ccedit peregrino.
Gvd ved hwilkind best pellegrim er.
¶ Solus deus qui scrutator est cordiũ nouit quis peregrinus sit laudãdꝰ quia multi non ad bonum finem peregre proficiscuntur.

Climata sunt lata meat ars ideo variata.
Fordi er verden vid: at hwer mand haffuer sin id.
¶ Quia diuersis regionibus diuersi probantur mores & artes: non simplex est ars sed varia discenda.

Cops percontatur homo quomodo pauper alatur.
Ee spør den rige hwor den fattige sig føder.
¶ Cops. i. copiosus & diues homo: percontatur. i. inquirit: q̃uo pauper alatur: videtur enim ipsi mirabile: sed tam bonus est deus: vt det etiam pullis coruorũ licet a matre negligant cibũ in tpe suo: vñ Psal. alibi. Nõ vidi iustum derelictum a domino: nec semen eius quærnes panem. Et ideo dicit Seduliꝰ. Nõ trepidate hoĩes vitę dat & dator escæ est.

Cornix censeri solet impia garrula veri.
Kragen er fordi ond at hwn siger sandingen.
¶ Quia cornix est auis garrula & latentia cornicando indicans finxerũt poetæ in eam mutatã puellã garrulam: vnde Cornix impia aut improba vt a Vergilio dicitur: solet censeri. i. iudicari garrula. i. reuelatrix veri scilicet occulti: ꝙ in auspicijs olim credebatur certi indicij. vnde in bucco. Sæpe sinistra caua monuisset ab ilice cornix.

Cornicum numerum fouet improba vox mulierum.
Qwinde tale er all som krage gale.
Vox improba. i. garrulitas mulierum fouet. i. auget numerũ cornicũ: quia cum faciant opus Cornicũ videntur cornices debere dici.

Cornix multorum cane scit peste dolorum.
Kragen er faardi graa at hwn haffuer mange sorger.
¶ Longus & continuatus ac multiplex dolor facit etiam cornicem cane

scere.i.quęlibet quantumuis fortem ad formam ducit senilem: quia spi
ritus tristis desiccat ossa.

Cor gestant hilare quos vult fortuna beare.
De ere alle glade som fariff vell at.
Ii quos Fortuna vult beare.i.diuites & beatos facere: gestant cor hilare: quia natura humana est præsaga præsentiens bona & mala anteq̃ adueniant.

Corda senum ledit cum flores martius edit.
Ee greder gamild mand tormonedz grøde.
¶Dicitur eo q̃ præmaturi flores in locis frigidis indicant fructuum cōgelationem. dicitur etiā eo q̃ senes plurimi in martio moriūtur post frigus: sicut in autūno post ęstum. Ordo est. Martius ledit corda senum: cū .i. quando edit .i. educat flores. hoc est in vere.

Cordis heris acharis non est deus auxiliaris.
Naaderløst herssKaff er skiwlt faar gud.
¶Quia hilarem datorem diligit dominus: deus non est auxiliator.i. non auxiliatur heris.i.dominis & possessoribus: cordis acharis.i. tristis & sine gratia.

Cuius curatur nihil ira quid is stomachatur?
Lidet er om den mandz wrede som ingen wurder
¶Dicitur in morosos & imperiosos hoc est in difficiles & iracundos homines: qui cū nullam habeāt iurisdictionem nec quib⁹ imperēt semper tamē imperare volunt: vnde dicit quid.i.ad quid: is cuius ira nihil curatur stomachat.i.stomachose & minaciter loquitur? q.d. frustra.

Cui polydrus detur: cauet vt non os speculetur.
Man skall icke see giffuen hest i mwndhe.
¶Teutonicum est adagium: nō decet equū datū ex ore qua ætate sit diiudicare: hoc est non decet munus vile contemnere: nec curiosum esse q̃ accipit dummodo nihili constat. Polydrus hic pro pullo equino accipitur nescio an alibi vt dicatur quasi polydromus.i. multi cursus.

Cui rudis est sonipes: lassus erit sibi pes.
Det kaaster been at ride paa staff.
¶Equus subsultans & duriter incedens facit pedes equitantis lassos. Sonipes est equus ferox qui stare loco nescit: sed semper pedibus sonum excitat. Mala est reciprocatio sibi pro illi. Sonipes.

Cui lanx longinqua sunt illi damna propinqua.
Han er nest skaden som sider lengst fra fadet.
¶Assidere longe a catino escario dānosū est: q̃a sępe cibi pœnuriā patit.

lanx proprie est pars staterę cui res ponderandę imponuntur, sed vulgo pro vase escario accipitur.

Cui procul est hostis bene se munire potest is.
Den er god at verge som ingen vill berye.
¶ Is cui hostis est procul .i. longe distans: potest munire se bene .i. faciliter: quia nullum est tutius munimē q̄ stare extra ictum teli .i. tam longe vt nequeat attingi. & ita monet vt procul simus ab incursu hostium.

Cui vestem renouat sutio pusus ouat.
Ee gledisf barn ved bold kiortell.
Pusus .i. puer cui sutio .i. sutor renouat vestes .i. sarcit nouam tunicam ouat .i. lætatur. Rectius diceretur pusio sutor ouat quia sutio non est sutor: & puer tenere potius pusio dicitur. Iuuenalis saty. vj. tecum pusio dormit.

Cui malus est ciuis laudet licite sua quiuis.
Han skall sig selff loffue som onde haffuer grande.
Quiuis cui ciuis .i. vicinus & eiusdem vrbis cultor est malus: laudet licite sua .s. facta & dicta quia respectu peiorum videntur bona.

Cui stips disparet benefactum dapsile raret
Naar gotzed gonger paa grwnd: da bliffuer man lidet. rwnd.
¶ Cui stips .i. nūmus dandus in mercedē: disparet .i. nō apparet: sup. illi benefactum dapsile .i. largifluum raret .i. rarum est. quia spes mercedis tenet operantem in opere.

Cui sopor est tractim nec edenda lucrabitur auctim.
Hwo lenge soffuer paa sin bed: han fonger lidet faar sit neb.
Is cui sopor .i. profundus somnus est tractim .i. lente & longo tractu sine sollicitudine & intermissione: nec .i. etiā lucrabit auctim .i. copiose & cū augmento edenda .i. quæ debeat manducare: quia vt dicit apostolus. Qui non laboret non manducet.

Crescunt decliui licet iis sit potio riui.
End voxe børn: en dog de dricke vand.
Decliui .i. deorsum inclinati & ad laborem proni: crescunt .s. in honore & diuitijs licet potio pro eo q̄d est potus: riui .i. aquę fluētis: sit ijs .i. eis.

Crebro victus erit alium qui sternere querit.
Han fonger offte fald som en Anden acter fald.
¶ Monet ne quēq̄ lacessamus & prouocemus ad certamen eum contēnendo: quia qui querit .i. affectat: sternere .i. in terram deijcere alium erit crebro victus.

Cultor ait ruris: olet oma mihi vice turis.
Bonden karer at an icke songer aff røgelset vden dønen.
¶ Dicit vnicuique suauiter olere vnde lucrū habet: vnde cū impator qdā filio renitēte ex lotio. i. vrina vectigal exigeret: admonuit primā pecuniā naribus filij: dicens nunqd grauiter olet. Vn̄ illud lucri bonus est odor omnis. Et ideo. Cultor ruris ait: oma. i. stercus & fimus olet. i. odorē dat mihi vice turis: quo sacrificiū deo facimus.

Cum facit hospes herum lare se: stat abusio rerum.
Gest gør sig offte till greffue.
Qn̄ hospes. i. hospitio suscept⁹ & q nō est possessor dom⁹ facit se herū. i. gerit se impiose tanq̄ esset herus: lare. i. in domo aliena: cui⁹ est hospes tunc abusio rerum maxime officiorum. stat. i. in vigore est.

Cum via suscipitur paulatim longius itur.
Han fremer oc sin wilge som tager sact aff sted.
¶ Monet incipiendum esse & non cessanduz: quia paulatim lōgius itur vn̄ vt trahit ex epl'is Horatij incipe: dimidiū facti q bene cœpit habet: & bene: qnia principium cuiusqȝ rei potissima pars est.

Cum furor est scylle tibi brachia cruraqȝ cylle.
Røør hand oc fod saa hielper dig gwd.
¶ Qn̄ imminet periculū mouēda sunt brachia cruraqȝ. i. totis virib⁹ au fugiendū est: vn̄ dici solet. Anxietas veteres pperare facit mulieres. Cil= leo. i. moueo: vn̄ furcillę quibus stramina cillentur. i. mouent. Cille igit brachia & coma. i. omnia membra quæ motum iuuant: qn̄ furor scyllæ . i. periculi marini in mari siculo: st. i. imminet.

Cum sus lenta piget ops illi sedulo friget.
Iorden er alitid frøsen: faar wtreffne swin.
¶ Dicit pigris terram esse incommodam: quia cum. i. quando sus lenta . i. pigra piget. i. ociosa cubat: ops. i. terra friget illi. i. in illius perniciem sedulo. i. diligenter quasi seorsum a dolo: vnde seduli sunt ministri qui si ne dolo inseruiunt.

Cum titubat quadrupes labitur ergo bipes.
Hesten falder paa fire been hwi falder ey en mand paa tw.
¶ Cū. i. quandoquidem ita est q quadrupes. i. equus habens quatuor pe des: titubat. i. vacillat & nutat. ergo bipes. i. homo non nisi duos pedes habens labitur. i. cadere potest. Aut sic. Cū. i. quando: quadrupes. i. equ⁹ titubat ergo bibes. i. homo sedens in eo labitur. quia labente sustentacu= lo labitur quicquid sustinetur ab eo.

Cum cluo lucrosus fluo mente superciliosus.
Naar mig voxer gotz: da voxer mig hoffmod.
¶ Quātū diuitiæ crescūt tantū surgūt animi. Quia cum .i. qñ ego cluo .i. clareo lucrosus .i. multa lucrans: fluo .i. impetuosus incedo vt flumen superciliosus .i. sæuus & superbus mente.

Cum distentatur fidis vltra vim laceratur.
Naar strengen er stingest: da brøster han snarist.
Simili modo dici solet. Redditur inualidus nimium dum tēditur arc⁹. Hic autem duo notanda sunt lectori: vnū cū tpis significans quando: solet scribi per q sic: quū: sed potest scribi per c: & habet fere indicatiuum vt cum cluo: & ideo legendū est hic cū distentatur non distendatur. Est autē distentor frequentatiuum: qñ autem significat q̄uis vult cōiunctiuum: sed sic non accipitur hoc loco. Secundum est ꝙ vt docet contra Priscianū Laurentius Valla pro chorda aut cheli dicitur in ntō hæc fides non hæc fidis: sed in genitiuo huius fidis. Hic tñ auctor sequitur Priscianū: quia aliter versus non staret. Ordo est cum .i. quando fidis .i. chorda citharę distentatur .i. frequenter distenditur vltra vim .i. vires suas laceratur .i. rumpitur.

Fides.

Cuncta gerenda nequis metiri lancibus equis.
Mand kand ey alt i skaale veye.
¶ Tu nequis .i. quilibet nequit: metiri .i. cōdiuidere & impertiri cūcta gerēda .i. q̄ gerere debeas: lancibus ęquis .i. ęqualib⁹ portionibus.

Cur mihi dem sentes alieno calce manentes?
Hwi skall ieg tage torn aff en andenss fod oc sette i mind.
¶ Cur dem .i. dare debeam mihi: sentes .i. spinas manentes infixas sup. in pede alieno? hoc est quare conuertam in me vitia aut mala aliena?

Curuum se prebet quod in vncuz crescere debet.
Det ska aarle krøgiss: som god krog skall bliffue.
¶ Cito curuatur quod in bonum vncum vult crescere .i. vnusquisqꝫ ad illud artificium cito est applicandus in quo proficere & magnus euadere vult.

Currere nolo tamen licet extonet ad sacra flamen.
Ringer presten saa han springer leg kōmer ey før han siwnger.
¶ Etiam res pia non est pcipitanter agenda. quia apostolus iubet vt rationabile sit obsequium nostrū. Et ideo licet flamen .i. sacerdos extonet id est vehementi sono aut campanæ aut cornu: aut vocis suę excitet ad sacra: id est rem diuinam: tamen ego nolo currere: id est præcipitanter ire.

Crura reſarcire burſis: cum dentibus ire.
Der en ſed i vaare land at aff hugge ben

Noſtras inſolitum ſtatuit fieri ſibi ritum.
Oc ſtoppe i pung oc dantze mz tender.
¶ Verſus iſti vſqꝫ in finem non ſunt eiuſdem auctoris ſed a diuerſis appoſiti: habentqꝫ plus obſcuritatis & minus leporis & latinitatis. Videtur ordo eſſe. Noſtras. i. natus in patria noſtra: ſtatuit ritum inſolitum fieri ſibi: videlicet reſarcire. i. reparare crura. i. caligas crurum burſis. i. crumenis ex corio: qđ Aphricę Byrſa dicitur et ire cum dentibus. hoc eſt abuti officio. Nam ſicut pedibus imus non dentibus. ita pecunia q̄ eſt in loculis: non loculis ipſis reſarcire debemus veſtes ruptas. Male dicitur ire cum dentibus: quia cum vacat.

Cui non eſt porcus cogetur reddere corpus.
Ho ey haffuer griſſ han ſkal betale mz kroppen.
¶ Cui res deeſt & pecunia corpore perſoluet debita.

Captat lena thorū donec ſol vergit in auſtrum.
Ee ſoffuer ſkøge til ſol ſkin ſynden ind.
¶ Lena. i. mulier impudica proprie autem quæ præeſt proſtitutis & meretricibus: captat. i. conatur obtinere torum. i. lectum ſtratum a tortis herbis dictum: donec ſol vergit. i. ſe vertit ad auſtrum. i. meridiem. Et ē ſenſus: aut q̄ mulier laſciua vult dormire vſqꝫ ad meridiem: aut q̄ ſemper quærit extorquere a laſciuis viris torum.

Carnibus abſtentum pia placat piſce parapſis.
Han haffuer gaat at faſte ſom finder fiſke paa ſin diſk.
¶ Parapſis (rectius diceretur paropſis) vas eſcarium pia. i. quæ ad pietatem. i. religioſum dei cultum magis accōmoda eſt q̄ patina carniuꝫ: placat. i. ſedat & contētum facit: abſtentum carnibus: id eſt qui non habet carnes.

Caſus vbiqꝫ valet: ſemper tibi pendeat hamus.
Kaſt paa krog oc holt om dw kant.
¶ Monet vt ſemꝑ ſimus attenti ad lucrum etiā fortuitū: q̄a ſępe dormiētibus offertur bona cōditio & lucrum: vnde piſcator quidam noctu extendit hamum. i. vncum ferreum cum piſce: vt caperet piſcem: & noctu cepit vidulum. i. marſupium plenum auri & argenti: vnde poſtea dixit filio ſuo. Caſus. i. caſualis proſperitas: valet vbiqꝫ: & ergo hamus pendeat tibi ſemper. Carmen eſt Ouidij in arte.

Carpit iter lacheſis licet anceps hora ſit eius:
Døden er viſſ en dog timen er vuiſſ.

Lachesis. ¶ Mors licet hora eius sit anceps: carpit semper iter. s. appropinquat nobis. Lachesis est vna parcarum: quæ tres sunt deæ a gentilibus fatales dictæ: q̄ præsunt fatis, id est dispositioni vitæ hominis vsq; ad mortem: & per metonymiam accipitur hic pro morte. De tribus parcis est versiculus. Fert cloto ipsa colum: lachesis trahit: Atropos occat. i. abrūpit filum vitę.

Cecus nil haurit aliquid surdaster at audit.
Den døde hører noget. den blinde seer intet.

Surdaster. ¶ Ponit differentiam inter cæcum & surdastrum: quia Cæcus cūm sit carens visu ex toto: nil haurit. i. videt intro suscipiēdo: at. i. sed surdaster . i. nō plene surdus: sed per diminutionem audit aliquid. sicut caluaster est qui non est totus caluus vt docet Valla.

Creditur arcanis emblema perutile dignis.
Gørsom skall gømiss.
Res preciosa non committitur infidelibus & futilibus custodibus: quia emblema, id est sculptura preciosa: vt pocula esculpta & alia p̄ciosa vasa: perutile: creditur. i. cōmittitur ī dei: arcanis. i. secretarijs & arcarijs. i. custodibus arcarum dignis.

Criminor artauum tepidum mutilare crumenam.
Det er en ond kniff som kan ey bide paa en pung.
¶ Monet cauendam esse non solum culpam: sed etiam suspitionem culpæ ne cui scandalo simus: qa ego criminor: id est accusando assero: artauum, id id cultellum breuem: tepidum: quia diu in manu tentum. mutilare, id est abscindere saltem pro parte crumenam, id est loculos aut vt dicunt bursam.

Creditur incautum forti resti dare tractum.
Ont er mod rāme reff at draffue.
¶ Creditur (impersonaliter capitur) incautum. s. hominem: dare tractū resti forti. i. velle trahere vt rumpat restem fortem: quod frustra conatur vt visum est ibi Balliuo lites &c.

Conuiuas nacta fit farre popa casa lauta.
Ho som haffuer flesk oc brød han fonger vel stalbrødre.
¶ Casa. i. domus fit lauta. i. splendida & laute instructa: farre popa. i. pingui: nacta. i. quando nacta est cōuiuas. i. culina paratur iuxta cōuiuas.

Cornu de cauda non fit potale canina.
Man gør icke gaat diurff horn aff hunde hale.
¶ Cornu potale. i. quod seruit ad potanduȝ vt cornu bubulū in phrisia: nō fit de cauda canina: quia vnūquodq; habet suū vsum.

Communis generis far mola fugauit auenis.
Gerig quern mail alle honde korn.
Mola.i.farina mulsa auenis.i.ex auena siccata: fugauit far cōis generis.i.oīs alterius frugis: quia farina auenæ est vtilior ad farcimina quędā suilla facienda & ad pulmētaria quędā in Alemānia.

Cui butyri satis est smorinat ille colem.
Ho som haffuer meget aff smøred han kaster sompt i kaalen.
Cui abundat butyrū.i.pingue ex lacte bouillo: est tamen ꝓprie bouillus caseus: & bene mediā corripit: ille smorinat: barbarū verbuꝫ.i.oblinit & pinguē facit colem.i.caulem: in quo male corripit prima.

Cum prope fraus sidit felix cui crux benedicit.
Offte er vaade ner salig er den som vel er signed.
Cum fraus.i.fraudulentus dęmon: sidit.i.locum capit ad sedendū prope: felix sup. est cui crux benedicit.i.qui se munit signo crucis. Alius aliū sensum pręferat: ego hunc donec meliorem inuenero.

Currunt dispare re canis ob leporem lepus ob se.
Hwnden løber faar føden oc haren om liffuit.
Alij legunt canis ob pacem: alij ob panē: alij ob pręddam. Innuit eūdem actum sæpe fieri diuersos ob fines: quia canis currit post leporem ob.i.ꝓpter leporem: aut ob paceꝫ: ne vapulet a dn̄o: & lepus fugit ob se.i.vt seruet vitam suam: & ergo currūt dispare re.i.ratione.

Cum boue ferre iugum male stat vincire iuuencum.
Det er ilt at draffue ved dreff.
Non est bonum viribus cum fortiori cōtendere: quia stat male.i.inepte statuit: vincire iuuencū.i.iuniorē bouē: ferre.i.ad ferendū: iugū cum boue scilicet adulto.

Calceus ante gemat q̄ pes clausus calefiat.
Før vorder skoen arm en foden varm.
Melius est ꝙ calceus gemat.s.dū abrumpitur: q̄ pes clausus.s.arcte calefiat: & ita infletur. Simile est dictum illi, ante perit pero.

Cantat auis queuis sicut rostrum sibi creuit.
Hwer fugl siwnger som nebbet er voxet.
Vnusquisq; loquitur vt sentit & dicit: quia ex abundantia cordis os loquitur: honesti loquunt honeste: turpes turpiter: quia quis.i.vnaquæq; auis cantat sicut rostrum creuit sibi.

Culter acutus: edax gula: mensipetam comitatur.
kringel driffuere hasfuer hwass kniff oc tom bwgh.
Duo comitantur mensipetam.i. eum qui libenter & frequēter mēsam petit: hoc est gulosum: videlicet culter acutus vt incidat cibuꝫ: & gula edax vt voret eum.

Caudam qui colubri calcat caput obiicit illi.
Ho som treder ormen paa halē han vender hānem hoffuedet igen.
Monet ne rem perniciosam irritemus: quia qui calcat caudam colubri.i. serpentis venenati: obijcit illi.s.colubro: caput suum: hoc est facit vt coluber insultet.& insidietur capiti suo: & ideo non est irritandus: sicut nec dominus potens: qui si in cauda.i.in infimis famulis suis læditur: in caput lædentis vlciscitur.

De litera.D.



Dat deus omne bonum: sed non per cornua taurum.
Gud giffuer alt gaat: men dach icke oxen om hornene.
Innuit omne bonum a deo petendum: sed decenti modo & ratione: vt licet possemus petere a deo sanitatem: non tamē vt libidinem exerceamus aut iram & odium saturemus: & diuitias: nō vt luxuriemus aut superbiamus: & sic de cæteris q̄ bene vtentibus bona: sed male vtentibus mala sunt. Quia deus dat omne bonū: quia vt dicit sanctus Iacobus in primo capi. epistolę suę: Omne datū optimū: & omne donū perfectum desursum est descendens a patre luminum. sed nō sup. dat taurum: animal toruū & ferox: per cornua: quia per cornua maxime resistit ne capiatur: dat ergo per bona media.

Dat miser occasus solet effrons ꝙ fore nasus.
Nød gør nese dierff.
Occasus.i.contra lapidem aut aliud obstaculum casus: miser.i. miserandus dū accidit homini ꝓbo: dat.i.facit ꝙ nasus solet fore effrons.i.sine eminentiore & anteriore parte quam cadendo aliquādo atterunt ebrij. Effrons et effrunitus dicitur inuerecundus quasi extra frontem positus. in fronte enim est sedes pudoris: quia quando quis afficitur verecundia frons illi ita prurit ꝙ fricare eam cogatur: & ideo de ijs qui verecundiam amiserunt dicitur ꝙ perfricuerunt frontem. hic tamen non accipitur allegorice pro ea significatiōe: sed pro amissione eminētioris partis. Frōs

Effrons.
Frons.

olim erat masculini: nunc fœminini generis: & pro parte faciei facit frōtis: vnde Iuuenalis Fronti nulla fides. Et Persius Frontez de rebus dicat melicerta perisse. i. verecundiam. Pro folijs arboris frondis. Maro. Frōs de super viridi.

Dant arrisores fidos non quiqz lepores.
De ere ey alle venner som lee igen.
Omni spiritui ne credas & Attēdite a falsis prophetis: quia arrisores. i. applausores & assentatores: non quiqz. i. non omnes: immo pauci: dant lepores. i. ornatos sermones: fidos. i. fideles & vtiles, laudant enim vt decipiant.

Dat mores sciri culmen herile viri.
Mand prøffuer best en mand i sit velde.
Ex culmine herili cognoscuntur mores viri: quia qualis est vita eorū qui sunt in culmine herili. i. principali domo & arce pricipis talis ē ipe dn̄s.

Dando fit effetus aliis licet ambro repletus.
Karier man ey selffuer giffuer oc ey anden and.
Ambro. i. prædator & turpis vitæ homo: vt ambrones olim fuerunt: fit effœtus. i. euacuatus fœtu rerum: dando alijs. s. q̄ rapuit: licet sit repletus scilicet rapinis. Hoc est q multa inutiliter dāt licet multa possideāt pauca tamen retinent. Ambrones erant olim populi Galliæ maritimæ q inundatione maris pulsi rapinis sese aluere: donec cum Cimbris & Theutonicis a Mario fuerunt deleti: vnde tractum est vt turpis vitæ homines Ambrones dicerentur. Ambro.

Dapsilitas aret cum rerum copia raret.
Naar gotzet gonger paa grwnd da bliffuer mendsken tynd.
Dapsilitas. i. assiduitas conuiuādi & dandi epulum: aret. i. exiccat & deficit: cum copia rerū raret. i. fit rara.

Daps semel esa parum victum protelat auarū.
Et hwngred maall drager andet i haare.
Dicitur in eos qui vno conuiuio plurima absumūt: quibus postea carent & egent. Quia daps. i. esca opipara & magnifica semel. i. vno prandio: aut cœna vna esa. i. consumpta: protelat. i. extendit parum victuz auarz: id est parcum aliorum dierum. Daps raro singulariter in ntō dicitur. dapes autem magnifici & opipari apparatus ciboruz. Vnde Martialis. Illa quidē lauta est: dapibusqz instructa superbis. Et apud Plinium dapali cœna sacerdotij. Daps.

Damno concinnus consueuerit esse cachinnus.
Spotten oc skaden følgiss gerne at.

Cachinnus.i.immoderatus risus:solet esse cõcinnus.i.consonus damno.i.iuxta ratione͂ damni fit irrisio:quia dum damni aut mali scit causa ridenda:ridetur damnũ: vnde Iuuenalis. Scinduntur tumidæ medico ridente marisce͂. Potest etiam esse sensus:ꝙ cachinnus.i.stultus risus solet esse concinnus.i.coniunctus damno.i.parere damnũ: qa ꝑ multũ risum poteris cognoscere stultũ. Et extremũ gaudij luctus occupat.

Damnum soliuagum non sueuit visere pagum.
Skaden kommer icke ene til byss.
Gallis dicitur nullũ infortunium solum.quia sæpe vnum damnum sequitur aliud. Et damnũ soliuagum.i.solum errare solitum:nõ sueuit visere.i.ire visum hoc est adire pagum.i.multitudinem cohabitantiuꝫ ad fontem.

Damno se trudit catulus qui cum cane ludit.
Ee leger racke men gãmild hwnd vil.
Malum est cum dominis suis ludere:quia qđ casu amittunt vi repetunt Catulus.i.catellus paruus canis trudit.i.vrget se damno qui ludit cũ cane scilicet magno.

Dandi culpo moram cum dans procrastinat horam.
Ho noget vill giffue han skall ey lenge bide.
Vnde dici solet:qui cito dat bis dat.debemus enim dare non multum rogati:& cito:quia culpo moram.i.dilatione͂ dandi:cum.i.quãdo dans.i.ille qui dare vult aut debet procrastinat.i.in crastinum semper differt horam scilicet dandi.

Debita sunt vetera veteri causa meliora.
Bedre er gãmell gield en gãmell sag.
Quanto diutius quis debet tanto magis:quia debita vetera sunt meliora.i.pote͂tiora:veteri causa.i.ob vetere͂ causam. Ego tame͂ puto legendũ: vetere offensa:& ita fuisse ab auctore factũ:sed ab ijs q credũt synalephã omnino vitiosam inuersum esse versum & sensum. Nam vulgatum est adagiũ. Melius est vetus debitũ q̃ vetus offensa dũmodo ꝑsolui debeat.

Debentem fugere quit nemo stipem retinere.
Den penning er ond at halde som vd skall.
Dictum est eorum qui fatis imputant ꝙ non ditescant: quãdo enim tali dicitur:tu bonã pecuniam lucratus es:quare non retines eaꝫ? Respõdet debente͂ &c. Nemo quit.i.valet retinere stipe͂.i.nummũ debente͂.i.qui talis est ꝙ debeat fugere scilicet a domino suo.

Debet pendere meliori spes tua de re.
Dw skalt alt tijd hobesf til det beste.

Sperandum est semper melius: quia spes lucri tenet operantem in opere spes frugum colit agruȝ. Spes cælestis boni facit cōtemnere caducū. Spes tua debet pendere. i. suspensa esse de re meliori: quia speramus bona futura: timemus mala.

Debet in arce throni spuma sedere boni.

Lit gaat skall man høyt sette.

Verba sunt facilia sed quem sensum habeant difficile est cognitu. Nā potest sensus esse summitatem throni esse decorandam spuma boni. s. auri: aut sedentem in throno esse humiliandum spumæ illatione: aut allegorice dicere: vt ceruisia spumet & arcem throni. i. summum obbæ oppleat: quia tunc bona putatur.

Dedecet aurigam nescire reflectere bigam.

Han kan ilde kore som icke kan vende.

V nusquisq; debet esse expertus in arte sua: quia dedecet aurigā nescire reflectere. i. in diuersas partes dirigere bigā. i. currum a binis equis aut bobus tractum. apud doctos vix reperit in singulari: dicuntur enim bigæ: quasi bijgę. i. bini agentes: & duo ij contrahunt in vnū longum: sic trigę & quadrigæ: non a multitudine rotarum sed agentium: hoc est trahētiū.

Degenerans olidum facit ales stercore nidum.

Det er en slem fwll som skider i sin egen rede.

Est turpis & ignobilis auis quę stercore fœdat nidum suū. dicitur in homines qui domum suam non purgant. olidum. i. fœtidum: quia oletuȝ est stercus humanum: quo hupupa dicit nidum facere. Oletum.

Degit is oppresse qui vult vxorius esse.

Det er ont at vere sin koniss nøgling.

Qui est vxorius. i. vxori deditus & illi obsequens: degit oppresse & ita in seruitute: vnde dictū est: hunc stultum fateor quem calceus vrget & vxor Degere est vitam transigere: a de & ago: vñ degi facit sicut ago egi.

De male soluente sal nigrum suscipe gente.

Tag sort salt aff onde geldere.

Quādo quis non est soluendo aut male soluit: melius est capere modicū q̄ totum perdere. In flandria & alijs locis multis recoquitur sal & fit albicans: estq; in maiore precio q̄ nigricans: dicam q̄ niger potius q̄ nigrum quia raro etiā pro condimento apud veteres neutrū reperit. Afranius tamen dixit Quicquid loquimur sal merum est.

De re communi leuiter succurritur vni.

Mange kwnde vel hielpe end.

Dicit q tenacitas humana citius impendit rem cōem q̄ propriā: Cōmunia sunt ciuibus: templū: forū: portus: aer: aqua: ignis.

De grege predatur lupus: is q̄uis numeratur.
Vlff tager oc aff talde faar.
Lupus non curat numerū: quia licet numeratus sit grex: nihilominꝰ aufert prędam suam.

De cute non propria scinditur absq̧ bria.
Man sker offte bred øll aff andensſ huud.
De corio alieno scindunt̄ zonæ largæ. absq̧ bria. i. mensura.

Da puero solitum ne meror amaricet illum.
Lad barned haffue sin vilge: da greder det icke.
Solet dici in nimis teneros & faciliter plorantes: da puero solitum .i. id quod ꝯsueuit habere & quasi sibi debitū censet ne mœror. i. tristitia: amaricet. i. amarū & tristē faciat illum.

De facili premitur soluens que capta tenentur.
Den full er snart kryst i hende er.
Soluens q̄ tenent̄ capta premitur de facili: quia ab illis ipis: vt qui leonē captuȝ soluit vorabitur ab illo: & qui malum hominē eripit e suspendio mox suspendetur ab illo.

De facili munda mundus mundatur in vnda.
Got er sig i rent vand at skølie.
Quia agens non agit in passum nisi p̄dispositū & virtuti agēdi subiectū oportet vt in vtroq̧ sit q̄dā proportio: & ideo licet homo sit mundus. s. p naturā licet casu aliquo sordidatus: tamē nō mundet̄ nisi aq̄ sit munda: & licet aqua sit mūda: nō tñ mundificabit p naturā immūdū: hoc est immūdificabilē: quia Balnea cornici nil ꝓsunt nec meretrici. Nec meretrix mūda: nec cornix alba fit vnda. Mūdus. s. p naturā & qui est mundificabilis mūdatur de facili in vnda munda: q̧ actu mundus est nō potest mūdari: ergo mundus in potentia.

De facili trahitur qui saliens sequitur.
Den er snart draffuen som hopper selff met.
Facile est trahere volentem sequi & eum qui tantū cupit sequi: vt timens ne eundo aut currendo moram faciat saliat. Trahi est inuiti ꝓprie: duci
Trahi. Duci. volentis. Vnde Seneca Fata nolentē trahunt: volentem ducunt. Solet dici de puellis quæ nouæ nuptæ facile trahuntur ad lectū. Et de monachis qui licet dissimulent faciliter trahunt̄ ad mensam.

De veteri more mingens crepat ab sq; pudore.
Gammell synd gør ny skam.
Iuxta hoc solet dici. Mingere cum bombis res est sanissima lumbis. Querunt physici & nonnulli in problemate: vnde id eueniat vt emittendo lotium seu vrinam emittamus etiam ventum & e cõtrario emittẽdo excremẽtũ alui leuamus etiã vesicã: sed causa nota est q̃a cũ tẽdant ad vnũ exitum alterum alteri impedit: & ideo emisso vno alterũ sequit. Inueni mingens pedit: sed correxi quia pedo primã p̄ducit: aliter nõ exciperet ab illa regula in si do vertit &c. & tñ excipitur ibi quod turpe sonat fit in edi. facit ẽm pepedi: vt in ser. Horatij. Et displosa sonat quãtum vesica pepedi.

De veteri scelere noua probra solent inolere.
Der er ey en frue saa bert: hwn vil ey haffue sin pisse fiert.
Quia quando vetera mala ad memoriã deducunt: si delectant memorãtẽ: innouant culpam: & si nõ delectant eum: irritant tamen q̃ ea passus ẽ & ergo non debent repeti nec iactãter recitari. Probra. i. dedecora & scãdala. inolere increscere occulte.

De pingui massa manant stillamina crassa.
Aff den fede steg drøppe de fede dropper.
Quelibet res solet esse conformis ei a qua procedit: vt e corde turpi verba turpia: quia ex abundantia cordis os loquitur: a massa. i. pulposa parte carnis: manant stillamina. i. distillantia crassa. Quesitum est inter stillaz & guttã quid inter sit. Respondit Palemon q̃ stilla stat: gutta cadit.

Delphin de venti salit auspicio truculenti.
Merck aff marsuin blesende storm.
Quando delphin salit in mari prognosticat seuam tempestatem. Auspicium prope est inspectio auium per quam iudicabũt veteres superstitiosi de rebus futuris: & quia Romani nihil magnum sine auspicio incipiebant: accipit pro initio presertim feliciter inito: & auspicatũ pro felici incepto. Hic vero pro omine aut portento accipitur. Auspiciuz.

Demon vbi deerit ibi seruum mittere querit.
Haar fenden er icke selff der haffuer han sit visse bud.
Sæpe malignus spiritus per hominem malum vtriusq; sexus: vt per Hereticum: per Lenam aut Lenonem: per seminantes discordias facit quod per se facere nequit: versus est aptus sed vitiosus quia demon & reliq̃ omnia tertiæ in on producũt on. nec debuit dicere ibi: sed eo mittere. vnde legatur sic: Demon si deerit mox seruum mittere querit.

Demens pubenta: cum sit mulier temulenta.
Naar konen er drucken da er kwsſen galen.
Quando mulier capta eſt ebrietate: tunc pars eius pudenda capitur furore. i. immodica tentigine & appetione coitus rumpitur. Pubenta fictuꝫ vocabulum accipitur hic pro cūno (non conna) hoc eſt pro membro pubeſcente & pudendo: quod membrum Salomon dicit inſatiabile: qđ maxime verum in temulenta. i. plena temeti. i. boni vini. Ideo dicit Ouidiꝰ Turpe iacens mulier multo madefacta lyeo. i. vino: quia vt dicit Sāctus Hieronymus Venter mero æſtuans facile deſpumat in libidinem.

Deperit ex modico quicquid renegatur amico.
Offte forgonger det mand ſin ven necter.
Monet ne quid negemus amico: quod faciendum quando ille legē amicitiæ ſeruat: vt. ſ. honeſta petat: & q̄ amicus ſine graui diſpendio cōmodare poteſt. Quia quicquid renegat amico: deperit ex modico. i. facili occaſione: aut poſt modicum tempus: quia ex accipit ſæpe pro poſt: vt ex illo fluere. i. poſt illud tēpus. Ex meridie fit veſper. Vt autē amicis ſubueniamus ſic monet quarto carminū Horatius. Cuncta manus auidas fugiunt heredis amico Quæ dederis animo. Nam data rite manent: male cuſtodita peribunt.

Digne potiſſet eſcas bene qui ſapuiſſet.
Ho ſom vel eder han ſkall vel dricke.
Potiſſo. Qui bene vult dignoſcere potum comedat prius ſiccum aut ſalſum. Potiſſo greco more a poto deducitur imitatiuum verbum.

Diligit obſcurum ſemper collectio furum.
Tyffuen elſker altijd mørck.
Vnde fur a furuo. i. nigro deducitur: quia in occulto agit.

Deuiat a ſede non inuitatus in ede.
Haar ſkall vbuden ſide.
Qui non inuitatus venit ad menſam non debet mirari ſi non inueniat cito ſedem.

Diſſona dictorum lis eſt rixoſa duorum.
Naar to trettiſſ da ſige de icke baade et.
Nihil eſt magis diſſonū q̄ vox duoꝝ litigātiū quoꝝ alter ait alter negat.

Dis vel inops poni perhibetur par dationi.
Huer er ſin gaffue lig vere ſig encten fattig eller rig.
Talis quiſq; cenſetur in diuitijs qualia dederit: vt qui magna dederit diues: qui parua inops: quod in altera vita apparebit: vbi q multa egenis dederint diuites erunt: qui modica aut nulla inopes. Præterea magnos

magna decēt: & ideo rex qdā auarus: cū peterent ab eo exigua dicebat nō decere regē exigua dare: cū magna: non decere mendicum talia aut petere aut capere: sicq̧ nihil dedit: & tamē hinc abiens nihil secum tulit.

Dispare sed morsu pascuntur apes velut vrsi.
Saa fødiss bi som biørn: dog aff vlige bid.
Apes pascunt velut vrsi: sed dispare. i. inęquali morsu: quia vrsi magnis apes paruis: vtriq̧ tamē ad satietatē nutriunt & quantū natura expostu lat: & ita pauperes nutriunt pro modulo suo sicut diuites pro suo.

Dis procus est vere vir captus pauper in ere.
Alle ere bedle rige oc fonge fattige.
Vir paup captus in ære. i. catenis aut vinculis æreis est procus. i. petitor salutis dis. i. diues: qa semp secu habet ęs. Sic quidā. Sed mihi placet vt sic construatur. Procus. i. petitor vxoris: dis. i. diues: captus in ære. i. pe= cunia & diuitijs eius quā procat: est vir vere paup: qa cū satis habeat de beret querere vxorē potius bonā q̄ diuitē: qa diuites dominari volūt: vn de mimographus. In aurē vtrāq̧ quoniā dotata est cubet.

Dogmatis ob nectar tibi corde didascale nectar.
ffaar konsten skal man mesteren ere.
O didascale. i. præceptor (est gręca vox: & hypodidascalos suppręceptor: seu vt dicunt submonitor qui sub alio docet) ego nectar. i. conglutinabor tibi corde. i. ex aio: ob nectar. i. dulcedinē dogmatis. i. doctrinæ tuæ. Ne= ctar etiam vox gręca est significans potum deorū qui eos immortales fa cit scđm poetas.

Donet amorosa qui vult desideriosa.
Ho kert vil haffue han skal lefft lade.
Qui vult desideriosa. i. vt hic accipit multū desideranda: donet amoro= sa. i. multū amanda: quia qualia dant talia reddunt: quod etiā in verbis locū habet: qa sermo mollis frāgit irā: sermo durus suscitat furorem.

Dote fabe modice patet ardor mentis amice.
Liden er vilge røn: vaare det ey vden en bøn.
Ardor. i. vehemens amor mentis amicę: patet dote. i. donatione fabę mo dicę: qđ verū vbi verbis aut gestu affectū suū exprimit.

Dum calidum sentis farcimen mande bidentis.
Dw skalt ede pølsen men hwn er varm.
Monet omnia tempestiue facienda: quia farcimina ouilla volūt mandi dum sunt calida: vnde Persius. Calidum sis ponere sumen. mande ergo farcimen bidentis. i. ouis dū sentis sup. ipsum calidum.

Dum caput infestat dolor omnia membra molestat.
Naar hoffuedet verker da ere alle lemmerne siuge.
Infestus. Infensus. Quia dū caput ægrotat cętera mēbra dolēt. Dū igit dolor infestat. i. vim inferendo torquet: caput: tūc sup. molestat. i. molestia afficit oia mēbra. Infestus dicitur vim inferens & nocens: infensus: dicitur iratus eo q̄ est offensus.

Dum fit pauca seges pauca metendo leges.
Ho lidet saar han lidet faar.
Seges. Quia vt dicit apostolus: Qui parce seminat parce & metet. Seges interdū est terra culta ad serendū: vt Virgilius in Georgicis. Illa seges demū votꝫ respondet auari Agricolę: bis q̄ solem, bis frigora sensit. Interdū est herba frugum satarū: vt in æneide. In segetē veluti cū flamma furentibꝰ euris Incidit &c. Hic accipi videtur pro satione aut semente.

Dum quadrupes trepidat caueas ne te pede ledat.
Vacte dig at hesten slar dig icke.
Equi feroces qui loco stare nequeūt: timendi sunt ne feriant: dū saltant & trepidant: sic viri potentes dum caput agitant.

Dum coegēt bini tunc fit res architriclini.
Naar to tørstue ved da tager hand som eyer.
Architriclinus. Triclinīū. Quando bini. i. duo simul: coegēt. i. simul egent, tunc res. i. officium architriclini. i. curatoris cōuiuij q magister domꝰ a gallis dicit fit. Architriclinus: dicit ptinceps triclinij: tricliniū aūt dicit locus conuiuij vbi solebant esse tres lecti: Vnde Horatius in primo libro sermonum. Sæpe tribus, videas lectis cœnare quaternos &c. Et dicit a cline huius clines græco vocabulo q̄d est lectus. Sensus videt q̄n vnus solus eget parū curat architriclinus: sed quādo duo: tunc suū putat officiū illis administrare quibus coegēt. i. simul egent: sunt tamē qui ad euangeliū respiciētes legāt vini: vt sit dum coegent. i. simul egent vini. i. dum vinum non habent: tūc itur ad architriclinum.

Dum satis est lusum pueri redeamus ad vsum.
Naar legen er best da skall mand oppe holde.
Dupliciter exponitur: secundū q̄ pueri potest esse vti pluralis: & gti singularis: si sit pluralis sic vt dicat vnus puerorū: o pueri redeamꝰ ad vsuꝫ id est ad vtilem exercitationem: dū. i. quādo satis est lusum: solet em̄ dici. Dū lusus bonus est ip̄m dimittere phas est. Si singularis sic. dū. i. q̄n satis est lusum redeamus ad vsum. i. ꝯsuetudinē pueri: qui ludit ad recreādos spiritus: non ad auaritiam.

Duritiem frangit glacialem quem sitis angit.
Han vecker iss som tørstig er.

Tanta est quibusdam vis sitis vt etiā glaciem in potum vertant: vnde il le quē sitis angit.i.vrgēter premit: frangit duritiē glacialē: quia glaciē liquefacit vt aquā ex ea factam potet.

Duret seruilis fore qui festinat herilis.
Ha aarle vil vere herre han bliffuer lenge swend.
Is qui festinat fore herilis.i.de cōditione dn̄orum duret.i.constanter fore ret: seruilis.i. cōditionē seruilem: quia qui nescit famulari nescit dominari: & dulcia non meruit qui non gustauit amara.

Docte dies cures farraginibus fore plures.
Flere ere daffue en traffue.
O docte.i.experte longo rerum vsu: cures dies fore plures farraginib⁹.i. vt dacice exponi solet.i.gelimis.i.gerbis: hoc est fasciculis segetū. Est autē pprie farrago pulmentariū ex farre confectum: sed accipit pro materia cuiusq; rei: vn̄ Iuuenalis de vitijs loquens inquit Nostri est farrago libelli. Sēsus est ꝙ prouisio debeat reponi in multos annos.

Dat puer ille parum proprium qui rodit obelum.
Det barn giffuer lidet som gnaffuer sin egen brydisk.
Obelus grȩca vox latine dicitur veru. Qui rodit ergo veru pprium parū dat: alij obesum.i.pingue suum legunt: alij omasum.i.infestinum: quia pueri capti dulcedine cibi parum aut nihil impertiunt.

Dat pro mercede tibi pasta monedula feces.
Kaa giffuer skarn for føden.
Innuit stultū esse nutrire animalia penitus inutilia & nullū oblectamentum habentia: vt canes & volucres q̄ non oua sed fȩces.s.alui: hoc est stercora pro mercede pastionis relinquūt. Aliter legitur. dāt pro mercede volucres tibi stercora fœdæ. Monedula est species graculoꝝ sed domesticoꝝ Monedula. habitans in foraminibus parietū lapideoꝝ dicta quasi monetula ꝙ monetam tollat: est eñ furax & garrula auis: etiā humanā vocē effingens.

Detegit arcana qui pice denotat oua.
Den haffuer edet skade eg som icke kan tige.
Quia picȩ nidū dēsum & spinosum faciūt in quo oua sua occultāt: tractū est prouerbium: is detegit.i.reuelat arcana: q denotat.i.indicat oua picæ auis garrulæ & furacis.

Debet vim silicis: ferri retrotundere cuspis.
Seeth sten mod iern naffle.
Versus isti ab eo loco: docte dies cures putant esse alteri⁹ auctoꝝ: sunt certe min⁹ sentētiosi & parū latini. Cuspis ferri.i ferrea: debet retrotūdere.i. hebetare viꝫ silicis.i.lapis duri: vn̄ ignis excutit: forte hic p cote accipit.

Dilapidare togā decii facit ars idiotam.
ffaare & øffue mister bonden sin ko.
Ars decij.i.tesseræ aut cubi aut aleæ: quadrantale em̄ barbari deciuz vocant gallicū idioma secuti: facit idiotā.i.imperitū dilapidare.i.perdere & dissipare togā.i.vestem suam.

Dum candet ferrum velocius est feriendum.
Man skall sla iern men det er het.
Dum candet.i.ex feruore resplendet.nota est sententia.

Dulcius illa sapit caro que magis ossibus heret.
Det kød er sødest som sider nest bened.
Est prouerbiale dictū teuthonicis: quibus ossa & crura eodē vocabulo dicunt: beinen: intelligunt aūt lubrici partes obscęnas cruribus vicinas.

Demembrando genam de perna presto fit vsus.
Skøt er gaffn giort sker aff fløcket.
Gena cum sit sinus oculorum accipit vulgo pro maxilla.i.laxa parte faciei sub malis. Gena aūt pernæ est dēsior pars osse carēs: quā facile est demembrare.i.abscindere.

Dispar scutella disponit lumina lusca.
Vlige fad gør vlige syn.
Quando scutellę.i.vasa escaria in quibus pulmentaria & aliæ epulæ apponunt sunt dispares.i.non æque magna & bona fercula cōtinentes: tūc oculi minus habentiū fiunt lusci: dicerē fiunt limi.i.ex trāsuerso vidētes:
Luscus. errant autē qui teutonū linguā secuti putant luscum esse ex transuerso videntem: cum sit vnoculus: vnde Iuuenalis de Annibaleq vnuz oculum amiserat. Quū getula ducem portaret belua luscum.

Deridens alium non inderisus abibit.
Ho anden spotter han bliffuer ey vbspottet.
Nota est sententia. sunt q dicūt. Qui me derident non sua facta vident.

Debet in os polydri nemo videre dati.
Ingen skal se giffuen hest i mwnde.
Non decet esse curiosum æstimatorē rei gratis datę. ga nemo debet videre in os polydri.i.equi multi cursus: dati.s.gratis.

Dum satur est venter letum caput est mihi semper.
Naar bugen er fuld da er hoffuedet glat.
Alij lentū caput legūt. Quia dū satur est vēter vellē dormire libenter.

Dum se curuat anus velut anser sibilat anus.
Naar kerling sig bøyer da hwæser henniſſ arſſ som en gaſe.
Alludit ad vocabulum anus: qđ dum prima syllaba est breuis significat vetulam: seu fœminam annosam: dum prima longa: podicē seu (honor sit auribus) culum: qui vetulis male clauditur. Igitur dū anus .i. vetula curuat se vt aliquid tollat de terra: anus .i. podex eius: sibilat velut anser i. pedit. Anser auis nota sed qđ nō omnes noscunt vtrūq₃ sexum compre hendit: nam auca vel oca vt a barbaris fœmella dicitur non est latinum vocabulum. Anser.

Sequitur de litera E.



De qđ idigena puer efficit hoc aliena
Saa er barn i by bert som det er hieme lert.
Monet vt pueros nostros rite instituam⁹ domi nostrę: quia quales fuerint domi tales erūt foris. Nō ergo dicem⁹ vt fatui parētes: viuāt vt volunt domi meę: dummodo morati & honesti sint alienæ. quia puer efficit hoc æde .i. domo aliena: qđ efficit indigena .i. in æde in qua genitus est. Aedes habet æ diphthongon in prima & ita deberet scribi inter incipiētia ab a. Indigena raro capit adiectiue: sed est mas aut fœmella inde genitus & q nō aliū de venit: q dicitur aduena: vñ qui natus est in aliquo loco: est eius loci indigena. Indigena. Adnena.

Edis apud postes canis est magis asper in hostes.
Hwnd er dierffuist faar sin egen dør.
Canis apud postes .i. limitē aut cardinem ædis .i. domus suæ: est magis asper in hostes. quia audacior est. Vt dixi alibi pro domo priuata non dicitur singulariter sed pluraliter vt vendidi ædes meas: non ædē meā: sed pro templo aut domo publica dicit singulariter.

Edita si nequeas per loca subtus eas.
Kant dw icke offuer komme da kryb vnder.
Eas subt⁹ .i. sub locis altis hoc est humi: si nequeas ire per loca edita .i. alta. Monet ergo nequid moliamur supra vires nostras: sed pspiciam⁹ qđ ferre recusent quid valeant humeri.

Egrum prolixe manet expiratio fixe.
Lang siwge er viſſ død.
Quādo quis prolixe ægrotat signū est φ mori festinet: nō tamē semp: qa multi longa & quasi perpetua ægritudie laborauerūt. Expiratio .i. emissio spiritus: hoc est mors: manet .i. expectat fixe .i. firmiter: ægrū .i. ægrotantē prolixe .i. diu & longo tpe. Maneo cū accusatiuo est idē qđ futurum est cū datiuo: vt mors manet me .i. mihi pro certo futura est.

Eiulat vbertim punitus pusio partim.
Lenge greder halff baared barn.
Pusio.i.puer delicatus:eiulat.i.fœmineo more plorat:vbertim.i.abunde:punitus partim.i.pro parte & non plene:quia quando ad viuū punitur & seuero vultu, tunc tacet.

Emeritus tyro dirimit tentoria gyro.
Qwersiden ridder er ey tro vnder baner.
Tyro. Emeritus. Tyro proprie est nouus miles q instituitur in re militari:emeritus aūt ē miles Veteranus exemptus a militandi onere,aut ob seniū aut ob impotētiam mēbrorum:male ergo Tyro dicitur emeritus:sed a non intelligēte accipitur pro quouis belligerante:Tyro igitur emerit⁹.i. exemptus labore licet stipendium recipiat:dirimit.i.segregat tentoria gyro id est in circuitu.

Emergit verum licet extent scismata rerum.
Mange ting yppiff oc sandhet røniff.
Verū.i.res aut oratio vera:emergit.i.euidenter apparet licet scismata.i. diuisiones rerū extent:quia veritas tandē vincit & seipsam ostendit.

Emptus equus leuiter segne dietat iter.
Lidet heste køb gør stacked dagiff regse.
Equus emptus leuiter.i.facili pretio aut sine graui inquisitiōe:dietat.i. dietim perficit iter segne.i.pigrū aut segne pro segniter.

Erumne causa nasus vice ducitur ausa.
Nød gør nese dieff.
Nasus ducit.i.deducit:extendit vice ausa.i.audaci officio:causa erūnę.i.calamitatis.Id verba sonant:quid aūt velint plane non intelligo:& dubito vtrū legendū sit ansæ:q̄ est auricula aut pars illa vasis qua faciliter capitur vt sit allusio ad tectorem tegularem qui naso adunco & forti mā sit pendens ad scalas cum caderet.

Eradicandum non est olus ast mutilādum.
Man skall blede kaalen oc icke røcke hānem op met rode.
Olus aut holus.i.quęuis herba qua vescimur:nō est eradicandū.i.cū radice euellendū & extirpandū:ast.i.sed:mutilandū.i.abrumpendū:qa radix manet in terra iterum fruticat:dicitur in illos qui nimis auare extorquēt a pauperibus pecuniā:ita vt non relinquant quib⁹ alterā lucrent.

Estas quid peperit brume presentia querit.
Ee spoør vinther hwad sommer haffuer affled.
Pręsentia brumę.i.hyemis quādo dies est breuissima & frigus ingēs:quę

rit quid æstas peperit.i.acqsiuit & lucrata sit aut pduxit. Hoc est in estate parandū est: quo viuamus in hyeme: & allegorice in feruente etate quo fruamur in senio frigido & caliginoso.

Estiuum fenus petit hospes hyems inamenus.
Vinteren er sommerenss arffuing.
Idem dicit. Hyems hospes inamœnus.i.durus & tristis petit fœn⁹.i.lucrum & excrementū: æstiuum.i.quod quis lucratus est in æstate.

Esse dies plures gelimis attendere cures.
fflere ere dawe en traffue.
Inuitat ad parsimoniā dicens. Cures attendere.i.animaduertere & considerare: plures dies esse gelimis.i. vt dicūt Galli gerbis.i.fasciculis frugū hoc est caue ne simul & semel absumas messez tuā: quia multi sunt dies in anno. Gelima est fascicul⁹ q genib⁹ & manib⁹ ligat: vt dicit Calepin⁹. Gelima.

Esse iouem retur nebulo se dum perametur.
Naar skaicken elskiss da men han at han er herre.
Nebulo.i.homo turpis & vanus vt nebula: retur.i.opinatur se esse iouem.i.deū summū.vt gentiles crediderūt: dū perametur.i. perfecte ametur ab aliquo potente.

Esca docet fari: sed vestis in alta leuari.
Mad kender ath mele oc kleder frem at gonge..
Dedit vnam causam insolentiæ stultoruz quando se sentiunt amari: dat nunc duas vna est: qn sunt in mensa splēdida: qa esca docet fari: tūc em̄ in solēter loquunt: & nō patiunt vicissim alios loqui: quādo multuz cibi & potus habent ante se: altera est splēdida vestis: quia vestis docet leuari in alta: egregie em̄ vestiti vident volare: quādo incedūt: ita erigūt mentū.

Esto sequens puerū quem miseris ad fora rerū.
Vijss karn i by oc gack selff effter.
Monet ne pueris nimiū credamus: quia quādo mittunt ad fora presertī escaria comedunt bonā partē in reditu: aut ludūt aut distrahunt & vendunt alias merces. Et ideo. Esto sequens.i.sequere a longe puerū quē miseris.i.misisti ad fora rerū.s.venaliū: quia sunt etiā fora causarum: licet a canonistis etiam forus dicatur.

Es partum scelere solet era decem remouere.
Ind w ret penning drager bort andre ti.
Plurima scribenda p æ scribit p e simplex sicut aes ædes estas &c. Monet ne qd iniuste acqram⁹: qa æs.i.pecunia aut patrimoniū partū.i. acqsitū scelere.i. p peccatū: solet remouere.i.auferre: decē æra.i.decuplo plus male acquisitis: quia de male partis non gaudebit tertius hæres.

Es mihi quando gero ventre refertus ero.
Haffuer ieg penninge i min pung da haffuer ieg mad i min mund.
Quãdo gero æs.i. pecuniã q̃ prima ſignata eſt in ære: ego ero refertus vẽ= tre.i.facile habebo cibũ: qa pecuniæ omnia parent: interdũ tñ ęris pleni moriunt̃ fame: vt in deſtructione Hieroſolymitana ſub Tito & Veſpa= ſiano vt referunt Ioſephus & Hegeſippus.

Eſt proprii doni parilis vir conditioni.
Hver er ſin gaffue lig: baade fattig oc rig.
Vir.ſ.quilibet eſt parilis.i.ęqualis, conditioni.i.arbitrio proprij doni.i. quilibet poteſt dare quantũ vult & ſtatuere formã dandi qualẽ vult dũ li bere donat.

Eſt formella cala: melior tamen anſeris ala.
Bedre er en god oſt en in gaaſe vinge.
Formella.i.parua forma caſei.i. caſeus formatus in paruaꝫ formã qui a forma formago dicitur ab Apuleio: vñ Hierony.in lib.regũ. Accipe fra= tribus tuis deceꝫ formellas caſei: eſt cala.i.bona & honeſta: tñ ala anſeris eſt melior: dixi ꝙ nõ dicat̃ pro fœmella auca vel oca ſed etiã anſer.

Eſt pupillares calcaſſe bonum ſotulares.
Det er gaat at haffue tred ſine børne ſko.
Calcaſſe.i.ſubpeditaſſe ſotulares.i.calceos apud ſanctũ Hieronymũ: li= cet raro in alijs doctis legatur pupillares.i.pupillis aptos eſt bonũ.i.vti le eſt expleuiſſe annos tutelæ: aut paſſum eſſe mala pupillorum.

Eſt domus ingrata ni dominante rata.
Det er ont i huſe ſom ingen er kuſe.
Domus eſt ingrata.i.non placens mihi: ni.i.niſi: rata.i.ſtabilita: domi nante.i.ab eo qui debet dominari: vt vir in familia ſua: & ratio in potẽ= tijs animæ.

Eſt auis in dextra melior q̃ꝫ quattuor extra.
Bedre er en ful i hende en fire i ſkoffuen.
Hoc dici ſolet: plus valet in manibus paſſer q̃ ſub dubio grus. Et Currẽs per prata non eſt lepus eſca parata.

Eſt gallinarum poſſe volare parum.
Stacked er høne ſlu.
Et ideo ab vnoquoqꝫ exigendũ quod efficere poteſt.

Eſt vbi ſciſſura calige patet indice ſura.
Det kender paa hoſen huor bened er brudet.
Sura. Quando ſura.i.denſior & pulpoſior pars cruris ex oppoſito tibiarum & ſub poplite videtur ſignum eſt ꝙ caligę deſunt aut ruptæ ſunt. Eſt ſcilicet

locus vbi scissura caligæ patet: sura indice.i. indicante: quia non videretur nisi caliga esset scissa.

Est loti pueri spes esus dona mereri.
Tossuit barn er mad i vaane.
Quando pueris tempore prandij aut cœnæ lauantur manus: tunc sperant se statim mãducaturos: quia spes pueri loti est mereri dona esus.i. escę hoc est obtinere escam.

Est decor obtusus cui nullus competit vsus.
Den feyring er lidet vert som ingen fonger gaffn aff.
¶Decor.i. pulchritudo ornatus: est obtusus.i. sicut ferrum obtusum inutile est ad scindendum: ita superfluus est: cui nullus vsus: id est nulla vtilitas competit. vt decor vnguium prolixorum: aut vestis longe in viatore.

Est mimi motus propter lucra propria totus.
Legeren dantzer for vindingen.
Totus motus mimi.i. histriõis qui gestu corporis res agit & similium: vt parasitorum saltatorum: est propter lucra propria.

Est phrasis in puero bene consentanea vero.
Barn siger gerne sandingen.
¶Phrasis.i. locutio & modus dicendi a phrazein verbo qđ est fari: est in puero consentanea. id est concors vero: quia sicut mimi & histriones & alij hominum inescatores loquuntur duplici corde ad decipiendum: ita econtrario: pueri simpliciter & ad verum.

Est laris ordo foris vbi non est larua timoris.
Der er ont i hwse som ingen er kuse.
¶Ordo.i. dispositio laris.i. domus est foris.i. procul a domo: vbi nõ est larua.i. cacodęmonis effigies timoris.i. quę timorem incutiat. Lares secundum veteres gentiles erant boni spiritus custodes domorum: laruę mali & habebant tristes aspectus sicut pinguntur mortuorum. Quãdo nullus timetur in domo: vt paterfamilias vetulus aut matrona tristis & seuera: tunc ordo domus est foris. Lares.

Est canis ignari post sibila quęq; vagari.
Hwnden skal ey vere hwer mandz som hwitzler.
¶Dicitur in eos qui omnem vocantem & aliquid pollicentem sequunt. cum scriptum sit omni spiritui ne credas.

Est correctura bona si moderamine dura.
Ressselse er god om hwn ey er formegen.

¶ Correctura est bona si sup. est dura: supple cum moderamine: id est si est temperata.

Est sopor ille grauis quem sopit culpa suauis.
Suar er den søffn som mz synden soffuiss.
¶ Non est grauior sopor. i. profundus somnus q̄ ille quem culpa suauis .i. delectabilis sopit. i. fouet & contegit. nam sicut cineres sopiunt ignez ne luceat: ita peccatum sopit peccatoris rationem ne videant. Seruat q̄ti tatem in sopor & sopio.

Est proprium carum loca crebrent ergo casarum.
Fordi er mangen ting bold huer tøcker sit gaat at vere.
¶ Quia omne proprium est carum consulit emere multas habitatio-nes proprias, aut freque̅ter esse domi suæ.

Est neglectus homo qui manet absq̧ domo.
Den er glemd som vde er luct.
¶ Conformiter ad superiora: dicit q̄ est homo neglectus. s. a se & vt mu̅-do, videtur a deo: qui manet absq̧ domo. s. propria.

Est libitum vare sepis loca suppeditare.
Man gonger gerne offuer gerdet som det er lauest.
¶ Libitum. i. placitum est fere omnibus: suppeditare. i. pedibus concul care loca sepis vare. i. incuruæ: & in terram inclinatæ: hoc est procliuis Dicitur in eos qui humiles pessundant: et pote̅tes honorant. Vbi sepes humilior illac transcensus frequentior.

Est omnino manum vacuam displodere vanum.
Det er ont tom hand frem at recke.
¶ Displodere. i. explicare & aperire manuz vacuam: est omnino vanu̅. i stultum quia q̄diu clausa est putatur aliquid tenere: & ita auaros iudices & aduocatos decipit: displosa autem quia inanis contemnitur.

Est vt quisq̧ potis iter implet amabile votis.
Ee fonger huer som han er før.
¶ Vnusquisq̧ perficit vota sua secundum potentiam suam. nam vt. i. secundum q̄ quisq̧. i. vnusquisq̧ est potis. i. potens: implet iter amabi le votis. i. desiderijs suis.

Est pugnus sterilis qui non caput armat asylis.
Det er en ond hand ey vil sit hoffuit verge.
¶ Dicit membra debere defendere caput suum: vt christianos Christuz & subditos dominum suum: quia pugnus. i. manus clausa: est sterilis .i. sine fructu inutilis: qui non armat caput asylis. i. summis defensioni

bus vt sit penitus immune ab oī vi. Asylum em̄ est loc⁹ immunitate donatus ita vt nō liceat quēq̄ ab eo abstrahere. dictū est ab a q̄ priuatiua est particula & sylao quod est rapio: vel vt Seruius dicit quasi asyron ꝙ inde non liceat quēq̄ trahere. sicut principes Christiani concedunt fanis & templis deo consecratis immunitatem. Asylum.

Est miser ostiolum qui nescit omittere solum.

Han er vsil som icke kand fly en dør.

¶ Dicitur in miseros amatores qui plorant ante ostia amicarum & nesciunt ab eis discedere: aut qui sic amant domum paternam vt nequeant vtilitatis causa eam delinquere. Ostiolum est paruum ostium.

Est sibi procliuis septēnis ad vtile quiuis.

Siw aaring barn er qwemt til embede.

Quiuis septēnis. i. cum incipit esse septem annorum: est procliuis. i. inclinatus ad vtile. i. rem vtilem sibi: hoc est statim a septennio incipiunt studere auaritiæ.

Est misero peius derisio q̄ꝫ dolor eius.

Verre er fattig mand spotten en skaden.

¶ Unde Iuuenalis. Nil habet infelix paupertas durius in se. Q̄ꝫ ꝙ ridiculos hoīes facit. Derisio ē misero. i. homini miserabili: pei⁹. i. res peior q̄ dolor eius. i. causa doloris: quæ interdum est paupertas.

Est illis vnda rus his fortuna secunda.

Somme till vand oc somme till strand.

¶ Dicit incertam esse felicitatē in mundo: quia vnda est illis. i. quibusdā fortuna secunda. i. prospera: & rus. i. terra rursus colenda est his. i. alijs secunda fortuna: hoc est aliqui ditantur in mari: alij in terra.

Est qui rapta tegit reus vt qui rem met abegit.

Den er saa god der holder som den der flaaer.

¶ Tam peccat qui furta celat q̄ qui furatur: quia Qui tegit rapta est reus vt is sup. q met. i. in propria persona abegit. i. furatus est & rapuit rem. Abigi proprie est animalium quæ aguntur abeo a quo clam rapiuntur nam qui manifeste rapit dicitur auertere. inde abigeus fur pecorum & iumentorum.

Est vterinorum placabilis ira duorum.

Saatte ere syskene vrede.

¶ Ira duorum vterinorum. i. vno vtero genitorum est placabilis. i. sedabilis faciliter. Est tamen in multis alta & diuturna.

Est mala campsura rixando luem paritura.

Det er ont kiffue bytte at tage hug ind.

¶ Campsura.i.permutatio:paritura.i.datura & illatura:luem.i.læsionem aut pestem aliquam vt ictū aut vulnus rixando.i.per rixas est mala: id ē nociua: hoc est mala est permutatio quando a verbis venitur ad verbera.

Est graue furari fure cauente lari.
Der er ont at stiele som bonden er selff tyff.
Caueo. ¶ Hoc sic dici solet: hospes vbi fur est illic furari leue nō est. Caueo duo significant. scilicet prospicere seu consulere cum datiuo vt cautum est pupillis lege lata &c. et euitare cum actō: vt apud Iuuenalē: cauet hūc. Est igitur graue.i.difficile furari: fure cauente.i.quando fur cauet.i.prospicit & excubias facit lari.i.domui.

Euentus quales prenoscitat oscinit ales.
Hwer fwll siwnger aff sit neb.
¶ Ales.i.auis: oscinit.i.ore canit euentus.i.euenta & casus euenturos
Oscines. sup.tales quales prænoscitat.i.pręcognoscit præsagio naturæ. Oscines sunt aues ore canentes & auspicium facientes.ab os & cano. Horatius. Oscinē coruum prece suscitabo solis ab ortu.. Vnde Oscino verbum hic ponitur: pro quo hic quidam male legunt oscito qđ est os commoueo & aperio hiando: quod faciunt somnolenti & nimis oppleti & negligentes ad rem: vnde oscitatio pro negligentia transsumitur. Si quis velit auctorem loqui de gentilium auspicio & augurio non erit sequendus: sed dicemus loqui de naturali indicio pluuiarum & serenitatis quod aues
Euentus. sæpe faciunt: vt docet Virgilius in georgicis. Euentus frequentius dicitur in singulari numero masculini generis & quarte declinatiōis: in plurali neutri & secūdæ: vt docet Valla: reperitur tn̄ etiam quartæ.

Eui crementis coalescit acutio mentis.
Meth alder voxer rigdom.
¶ Subtilitas ingenij crescit cum ætate: qđ verum nisi qs fiat tā senex vt deliret. Acutio.i.acumen & subtilitas mētis.i.rationis & ingenij coalescit.i.consolidatur & crescit: crementis æui.i.ætatis.

Est cibus ingratus absq̧ liquore datus.
At giffue mad vden dricke det er liden tack vert
Cibus datus absq̧ liquore.i.potu: est ingratus: vnde quidam similis auctori operis hui⁹ versificator: Mittitur in disco mihi piscis ab archiepisco. Po non declino: quia piscem dat sine vino.

Eusebie iuncta vincit patientia cuncta.
Tolmodighed offuer vinder all ting

¶Grauis & theologica est hæc sentētia: patiētia iuncta Eusediæ. i. pio cultui dei seu bone religioni & pietati: vincit cūcta. Quia in patiētia vestra possidebitis aias vestras. Et ideo martyres dicuntur eorum a quibus passi sunt victores. de patientia dicitur æ nei. v. Quicquid erit superāda omnis fortuna ferendo est.

Ex nebulone bonum raro creat ordo patronum.
Man gør ey god erkebiscop aff aff en skalk.
¶Ordo. s. sacerdotij aut senatus: aut alius sacer & ordine institūti status: raro creat. i. efficit, patronū. i. episcopum & aduocatum bonū ex nebulone. i. homine vano & futili ac nihili.

Exlex linquatur qui legibus obuia fatur.
Ho vlow driffuer han volow nyder.
¶Linquatur ille exlex. i. nō particeps legis: aut non gaudens lege: qui fatur obuia. i. contraria legibus. Vnde dici solet. Exlex qui viuit merito sine lege peribit.

Exemplo vegetus armis sit homuncio fretus.
Treffuen mand fonger noget til verye.
¶Homuncio. i. pusillus homo: fit extēplo. i. illico & euestigio vegetus .i. totus vigorosus; frætus. i. munitus: armis.

Extorris talis puer est vt erat cameralis.
Saa er barn i by bert som det er hiēme lert.
¶Puer extorris. i. viuēs extra terram natiuā sicut exules: est talis: qualis erat cameralis. i. qui viuebat domi in camera. Extorris dicit quasi ex terris. Itē nō tostus. i. vstus. Camera nunc accipitur pro cubiculo testudinato: quod non memini apud Priscos legere: sed pro tecto incuruato: quasi camura. i. incurua. Camera.

Exta sitit coruus: homo fluxa stipendia toruus.
Saa siger fulder offter gotz som raffn effto aatzell.
¶Coruus sitit. i. affectat: exta. i. intestina aialiū: etiā hoim: homo toruus. i. truci aspectu vt est frons taurina: sitit stipēdia. i. salaria: fluxa. i. cito pereuntia: pro quibus tamen sæpe milites vitam & animam exponūt. Vnde merito dicitur toruū genus hominum qd pro modica stipe in hominē armatur cum periculo vitæ.

Exta dari sentis auis ori preuenientis.
Den første fugel fonger det første korn.
¶Monet pperandū esse & nō stertendū: qa tu sentis. i. pcipis visu exta .i. intestina auis captæ: dari ori auis præueniētis. i. pre alijs venietis: qd etiam de grano & micis gallinis sparsis videmus.

Esca solet stolidi primo cōsumpta videri.
Folsk mandz mad er snarist eden.
¶ Esca stolidi.i.stulti habentis sensum brutalem:solet videri cōsumpta primo:quia prudens vir cōseruat necessitati:stolidus deuorat in pñs.hi autem versus sunt alterius auctoris.

Eiulat vberius partim puer excoriatus.
Lenge greder halff baaret barn.
¶ Puer excoriatus.i.cui per virgā detractū est corium.i.pellis:partim.i.pro parte & non ex toto:eiulat.i.muliebriter plorat:vberius.i.abundātius q̄ si ad plenū excoriaretur.i.egregie verberaretur.

Est graue grādeuum per restis vincere tractum.
Det er ont at draffue reff mz rāme
¶ Graue.i.durum & difficile est:vincere grādęuum.i.annosum & grandis æui virum:per tractum restis.i.est funis.

Est melior salua q̄ res auro reparata.
Bedre er helt en mz guld bøt.
¶ Res salua.i.integra & illesa est melior q̄ reparata.i.resarta & ferruminata post fractionem auro.Quod dicitur in eos qui non parcunt rebus aut membris quando sperant facile posse reparari.

Est pellis nulla que non habet inguina bina.
Ont er det skind som icke haffuer to lyusker.
¶ Nulla ē pellis q̄ nō habet duo inguina.i.loca pudēda:alterū ad emittendū on⁹ alui:alterū ad on⁹ vesice.Sunt q legant ilia bina.

Est velut ipsa canis aliena negocia vanent.
Hunde ede anden mandz erende op.
¶ Negocia aliena vanent.i.vana fiunt & ad nihilum reputātur:velut.i.sicut ipsa canis est.i.comedit.

Est penus vranicum dapis vbertate repletum.
Megen er mad i gudz keldere.
¶ Penus.i.penu:repositoriū annui vict⁹:repletū vbertate dapis:est vranicū.i.cęleste.aut penus vranicū.i.cęleste est repletū vbertate dapis:non
Vranos. corporalis vt Mahumet⁹ falso docuit:sed spiritualis.Vranos gręce dici
Vrania. tur cęlū:& vrania musa q̄ cęlestia canit:bene aūt secūda corripitur.

Est longe iuuenis catulaster mole pusillus.
Liden hwnd er lenge racke.
¶ Catulaster.i.imitator catuli aut paruus canis:pusillus mole.i.q̄titate corporis:est.i.videt iuuenis lōge.i.diu:melius diceret longuz:quia de

spe;dicim⁹ lōgū:de loco lōge. vt in bucco. Et longū formose vale. i. per lōgum tempus. dicitur de paruis q̄ diu videntur iuuenes.

Est tua missiola boscidia sicut obesa.
Saa er din sedning som dit fœdriff.
¶ Missiola, p missiūcula tua. i. parua missio & donatio viscerū: est sicut boscidia. i. cędes & mactatio bouis obesa. i. pinguis: hoc est: si mactas pinguē, bouē aut porcū potes mittere pingue donū: qđ dicetur postea Missio sit talis tua cædes vt pecualis. sed neq̄ missiola pro xenio paruo: neq̄ boscidia: pro cęde bouis a doctis dicitur.

Eucharis est cunctis deus: est hilaris sibi plus his.
Gud er hwer god oc sig selfuer best.
¶ Deus est cunctis eucharis. i. bonę gratię & placidus: quia nihil odit eorum quę fecit: sed est hilaris sibi. i. ad seipsū plus his. s. cūctis a se creatis.

Exhaustum polydrum malo q̄ꝫ vile capistrum.
Bedre er suong hest en tom grime.
¶ Malo polydrum. i. equum cursorem: exhaustum. i. macilentum & cōfectum ętate & labore: q̄ capistrum vile. i. q̄ habenam & ligamen quo capi & haberi solet: ac ad præsepe ligari: quod vbi equus mortuus est dn̄o eius dari solet in testimonium.

Est inhonora mora: cum dans procrastinat horam.
Ho noget gaat vil giffue, han skal icke forlenge velge.
¶ Mora. i. dilatio est inhonora. i. inhonesta: cū dans. i. q dare vult procrastinat. i. differt horam dandi: quia qui cito dat bis dat: vt dictū est ibi. Dandi culpo moram &c.

Ex auri plaustro lumbestica fit cupienti.
Ho som attraar en guld vogn han fonger sact en lundsticke.
¶ Dicit bene sperandum esse & perseuerandū anhelandumq̄ ad magna quia lūbestica. i. pars illa longa: quæ quasi lumbi spina totum currum cōnectit: fit ex plaustro auri. i. aureo curru: cupienti sup. ipsum. i. qui studet habere aureum vehiculum: obtinebit saltem partem.

Exiliēt reliqua fore clausa questibus vna.
Første en dør løckiss da obniss en anden.
¶ Vna fore. i. ianua clausa q̄stib⁹. i. lucrꝫ: aut q̄stib⁹. i. q̄relis: exiliēt reliq̄

Ex minima magnus scintilla nascitur ignis.
Aff liden quist vorder offte stor ild.
¶ Ex minima scintilla nascit magn⁹ ignis: & ex parua iniuria magna ira.

De littera F.



Abula fert elegum plerumq; genus fore regum.
Vsle ere konge fleeste.
¶ Fabula.i.descriptio poetica: fert.i.recitat: narrat genus regum fore.i.euadere: plerunq;.i.frequēter & vt plurimū elegum.i.miserum & mendicū: vnde Horatius in arte Telephus & Peleus cum pauper & exul vterq;.

Falsa recluduntur dum vere res oriūtur.
Naar sendingen oc løgn kōme sāmen da haffuer løgn tabet.
¶ Falsa.i.res falsæ recluduntur.i.aperiuntur manifestantur deteguntur: dum res veræ oriuntur: quia veritas expellit falsitatem.

Fallunt iurati nec eodem sanguine nati.
Ee swigiss de sorne oc icke de baarne.
¶ Iurati.i.qui iuramēto mutuo astringuntur ad faciendū aut celandū aliquid: nec.i.& non nati eodem sanguine.i.genere: fallunt.s. mutuo: q; non seruant iurata & promissa.

Fama fit absq; luto sontis sub nomine muto.
Ee men en mand er vneffnd da er han vskend.
¶ Fama sontis.i.culpabilis & nocentis fit sub nomine muto.i.incerto auctore cuius nomen est mutum.i.tacitum: absq; luto.i.non currendo

Fama.

per terram vt sit lutosa: sed volando: quia vt dicit Virgilius æneid. iiij. Fama malum: quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget: viresq; acquirit eundo. Parua metu primo: mox sępe attollit in auras.

Faminibus cunctis non inuigiles male iunctis.
Mand skall ey alle ord at ede giffue.
¶ Non inuigiles.i.noli nimis studere & laborem ac diligentiam impēdere: faminibus.i. sermonibus cunctis: iunctis.i. coherentibus male: aut quia vera non sunt: aut quia nimis inuoluta ambagibus: ita vt crucient hominem priusq̃ ea intelligat.

Far plus prosit emi q̃ famis ense premi.
Bedre er dyrt at købe en ilde at suelte.
¶ Prosit plus far emi.i.vt far ematur & farina fiat & ex ea panis: q̃ premi ense.i.stimulo famis.

Fasciculis cassa fit casum sarcina passa.
Ee falder affødeløss byrde.
¶ Sarcina passa casum.i.quę cecidit: fit cassa.i.priuata fasciculis.i.liga

turis quia cadendo rumpuntur & soluuntur ab inuẽtoribus qui scire volunt quid intus habeant.

Fascibus excolitur vt amictu quis redimitur.
Huer er saa heffd som han er kled.

¶ Quis.i.aliquis aut quiuis excolitur fascibus.i.insignib⁹ honorū: hoc est honorarur: vt.i.qualiter: redimitur.i.circumcingitur & ornatur amictu: hoc est secundū splendorē vestiū impendit multis honor: vñ quidā mercator in Flandria cum naue & mercibus saluis redisset in patriā: intellexissetq; rumorem esse eo φ oīa amisisset: accepta vili veste pcessit in foruȝ: vbi a nullo salutat⁹ aut agnitus est. Postridie autem naue appulsa & omni vico mercibus preciosis oppleto accepta pciosa veste processit in publicum: & cū plurimi accurrerent saluum venisse gratulantes: nihil respondit eis sed vesti: gratiæ sint tibi vestis. Fasces sunt sarcinæ quædam quas lictores ferebant añ magistratus Romanos: duodenas ante ꝯsules: & senas ante prętorem: in quibus erant virgę ligatę & securis: per quas significabatur summa auctoritas iustitiæ: vnde pro honoribus accipiuntur. Redimire non est proprie ornare sed ligare ornate: vt mulier redimita capillos: inde Redimicula ligaturæ quæ ad mitras & reticula mulierum pendent. Vñ Maro. & habent redimicula mitræ.

Fasces.

Redimio. Redimicula.

Fas tibi sit charum: sunt cōpita multa viarum.
Vit er veye mod vel er den som vel gør.

¶ Fas.i.quod licitum & honestum est & quod facere decenter potes: sit tibi charum: quia multa compita: id est conuenticula viarū sunt: hoc est. vbiq; multi sunt qui opus tuum videant.

Fas est ridere nec non decus oris habere.
Mand maa baade lee oc haffue en faffuer mønd.

¶ Fas est ridere necnon.i.& simul habere decus.i.decorum & decentiam oris.i.si non ridetur dissolute cum nimia apertione oris.

Fatidicus verum fatur vel figmina rerum.
Ho som spaaer han encten lwger eller siger sandingen.

¶ Inter eos qui futura dicunt & vaticinantur seu prophetiȝant: quidam sunt veri & a deo inspirati: quidam mendaces: a se aut a diabolo instructi. vnde fatidicus.i.diuinus dicens fata.i.res futuras soli deo cognitas: atur verum: vel figmina.i.figmenta rerum.

Fata caballina non stant ad vota canina.
Det stonder icke til hwnde at horss dø.

¶ Fata caballina: id est prędestinationes magnarum rerum: vt sunt caballi.i.equi respectu canum: non stant ad vota canina.i.minorum.

Fauce manet quauis gustus proca lingua suauis.
Ee er sød twnge i hwer mandz mwnd.
¶ Non est quisq̃ qui non appetat suauia gustu: quia lingua proca.i. petitrix suauis.i. dulcis gustus manet.i. semper est in quauis fauce.i. guttutis suprema parte.

Faux dape mulcetur obulis dum pera repletur:
Naar ieg haffuer penninge i min pung da haffuer ieg mad i min mwnd.
Faux.i. suprema pars gutturis: mulcetur.i. mitigatur dape: dum pera .i. marsupium: replet. obulis.i. nũmulis: hoc est auari videntur sibi tũc pasci quando pecuniam acquirunt: aut qui pecuniam habẽt facile dapẽ emunt: ita vt simul fauces & loculos videantur implere.

Fausta dies martis operis subit omen et artis
Tisdag er time dag.
Bibuli & qui inuiti laborant: quia diebus dñicis ebrij nesciunt diebus lunæ operari dicunt. dies martis fausta.i. fortunata & felix: subit omen.i. prosperum successum operis & artis.

Federa tunc laxant socii dum munera taxant.
Naar gaffue regniss da ere venner faa.
¶ Socij scilicet populi & reges confœderati: laxant.i. soluunt: tunc fœdera.i. pacta & conuenta inter se: dum taxant.i. taxando exigunt ab alterutris munera. Aut socij negociationis aut prædationis laxant fœdera.i. pacta inter se: dum taxant.i. æstimant & calculant munera.s. diuidenda: quia vnusquisq̧ præcipua postulat.

Felix est ille qui tota subit loca ville.
Salig er den som hult huss søger.
¶ Hoc dicitur a captis aut nimis stricte detentis & reclusis. Ille est felix qui subit.i. intrat oĩa loca villæ.i. habitationis in agro aut vulgato errore pro oppido exponatur.

Femina veridica paucis censetur amica.
Sendtalen quinde haffuer faa venner.
¶ Fœmina veridica.i. solita dicere veritatem: censetur: id est iudicatur amica paucis: quia si multis promitteret noctem non esset veridica: aut si est nupta nisi mentiretur non permitteretur a multis amari viro obstante.

Fenum vendentem veniens facit vpupa flentem.
Ve er den som hø selger naar viben kõmer.

¶ Hupupa seu vpupa auis cristata & quasi coronata cum sit immunda ex stercore humano collinens nidum: veniens.i. aduolans: facit ventem fœnum fletem. Forte ꝙ om ia loca fœdat. Vnde dicetur postea Vpupa vult nempe sibi singula subdere tempe. aut quia inuenit ignem infert in fœnum & nidum: vnde subditur: Vix saltem solidum tenet a discrimine nidum.

Fertur ouis vana: quam mole grauat sua lana.

Det er et ont faar ey gider baared sin feth.
Ouis fertur.i.dicitur vana.i.stulta & inani gloria pcita: quā lana sua.i. ppria: grauat mole.i.pondere. dicitur in nimiū vestitos. noli construere sua cum mole: quia non staret metrum: sed cum lana.

Fer furcam frugi non castrum tempore iugi.

Kom stundem mz tiwen oc ey altijd mz riffuen.
¶ Vnusquisꝗ terræ fructus est suo instrumento colligendus: vt fruges furcilla seu furca: fœnum rastro: & ideo dicit fer frugi: id est ad frugem colligendam iugi tempore.i.perpetuo: furcam non rastrum: Furca dicitur stipes bidens & bisulcus in quo solebant fures suspendi: sicut ad huc qui sibi necem consciscunt: est etiam instrumentum quo seges & stramen adunatur. Rastrum a radendo quia radit dentibus terram quādo fœnum colligit. aut a raritate demum dicitur. Furca.

Fert laudes inopi cepha plumosum. probra copi.

Dwned hoffuit er fattig mandz heder oc rig mandz skam.
¶ Cepha.i. caput (vt putauit auctor cū verū non sit sed cephale) plumosum.i. ornatum variis plumis fert laudes inopi: & fert probra.i. dedec⁹ & vituperia: copi.i. diuiti: quia diuitem decet grauitas & maturitas in gestu & vestitu.

Fert pro tortella vir onus seu panis ofella.

Mand skal sig faar kage vmage.
¶ Vir fert onus.i. sarcinam vt reticulum panis aut saccum: sicut legit æsopus portasse pro tortella.i. vt habeat tortam.i. frustum panis torti dum pinsitur pro ofella.i. frusto panis: non tamen offa potius sit frustum carnis apud Iuuenalem. satyra prima: & vt corripiatur deponit vnum f. sicut mamilla vnum m. sigillum n. & multa alia.

Fex remanens detur ceruisia cum minuetur.

Drick saa black som brwn.
¶ Fex remanens in fundo vasis detur: scilicet petentibus ceruisiam: cum id est quando ceruisia: id est potus confectus ex cerere: id est frumēto: minuetur: vt plena sit mensura. sed fatuum aut iniquum consiliū est.

Fida clientela culmen stat ad edis anhela.
Honenss troskaff styrcker bondenss boskaff.
Clientela .i. familiarium colentium patronum domus: fida .i. si est fida: stat anhela .i. prę studio anhelitum ducens ad culmen .i. ornatum & cultum ædis .i. dom⁹. Culmen etiam est summitas.

Fide minutari far subteriore molari.
Den qwernsten mall oc som vnder ligger.
¶ Fide: i. confide: far .i. quoduis frumentum: minutari .i. minutim cōteri & frangi: molari .s. lapide subteriore .i. subtus posito.

Filia de sistro gaudet matrisq; theristro.
Daatter far gerne i moderss serck.
¶ Filiæ se libenter exercent eisdē artibus & instrumentis quibus matres: & ideo debēt matres ante filias: & patres āte filios nihil facere nisi qđ sit
Sistrum. honestum: quia si mater ludit in sistris .i. crepitaculis & cornibus sonoris quibus ægyptij ludebant in sacrificijs Isidis: filię libenter ludēt in eisdem. Item filiæ exornāt se libēter ijsdem ornamentis & vestibus quibus
Theristrum matres: quia si matres vtuntur theristris .i. mollibus & tenuibus supparis & integumentis: vt in Genesi & Esaia hoc vocabulo vtuntur sacræ scripturæ: filię ijsdē vtenł. Dicitur eñ in Genesi. Quę depositis viduitatis vestib⁹ assumpsit theristrū. In Esaia sic. In die illa auferet dominus ornamentū calceamentoꝝ & palliola & linteamina & theristra. Sūt autem vestes tenues quibus palestinę mulieres vtebanł. Nec dicitur a tero aut tego cum per th scribatur. Nisi sit a thero græco qđ calefacio conduco: aut a therinos quod est æstiuus: quia in æstate illis vtebantur.

Filiole soli generos binos dare noli.
Dw skalt ey haffue to moffue till en daatter.
¶ Monet ne puella vna desponseł fil' duob⁹. aut ne lites inter eos orianł sicut inter turnū & ęneā ob lauiniā: aut ne ꝓstitutę more viuat: nulla eñ lex ꝑmittit vt vna nubat plurib⁹: sed bene vt plures nubāt vni. Ordo ē. Noli dare filiole .i. Filię tenellę: soli .i. vni: generos .i. maritos binos .i. si
Gener. mul duos: q sint tibi generi. nō puellę: quia gener est correlatiuū ad socerum. Socer eñ est pater cōiugis: gener est maritus filiæ.

Fimbria scindatur dum stulto quis teneatur.
Kómer dw ved en daare da sker aff sticked oc lad hānem fare.
¶ Dicit melius æsse scindere fimbriam .i. oram vestimenti & sic elabi q̃ teneri a stulto: quod quidam intelligunt de importuno creditore: qui nimis studet auaritię: vnde melius est scindere fimbriam .i. superfluū ornatum & dare illi q̃ teneri ab illo. Fimbria .i. extremitas & superfluitas vestis scindatur .i. abscindatur dum quis teneatur stulto nisi hoc fecerit.

Fine sacrista tonat licet ampla chorus loca donat.
Kircken er vid dog siwnger presten i den ene ende.
¶Dici solet quādo vas ē magnū aut saccus largus quo aliquid petimus licet tēplū est magnū tñ canitur in vno angulo. Sacrista hic accipitur pro sacerdote aut aliquo qui est in sacris: alijs accipitur p sacrario.i. qui pręest rebus sacris & custodit eas. Sacrista igitur.i.sacerdos: tonat.i. alre canit: fine.i.in extremitate fani vel tēpli: licet chorus donat.i. assignat illi loca ampla.

Finem damnosum capit omne superciliosum.
All offuerdadighed fonger ond ende.
¶Omne supciliosum.i.supbū & fastidiosum: capit.i.sortit: finē.i.exitū dānosū.q̄a de⁹ supbis resistit: hūilib⁹ aūt dat gratiā. Supciliosus dicitur seuerus q̄ mouet graue supercilium & hoc sæpe fit ex superbia.

Fisi sunt modici licet agglomerentur amici.
Mange ere venner oc faa fuld tro.
¶Hoīes sup. sūt fisi.i.ꝯfisi: licet amici modici.i.pui & tenues agglomerent.i.ī morē glomerꝫ voluāt circū eos.q̄a amici ꝫ modici multū iuuāt.

Fit vir cordatus opibus licet attenuatus.
¶Fattig mand haffuer oc hierte.
¶Vir cordat⁹.i.prudēs & magnanimus: fit.i.efficitur p disciplinā & honestā cōuersationē: licet attenuat⁹.i.īminut⁹ opib⁹.i. facultatib⁹ diuitiarū: separata q̄a sunt animi & fortunę ac naturæ bona.

Fit fragor olarum ruit arx si celicolarum.
Falder hiēmelen da brøster der mange leer gryder.
¶Hoc dici solet. Si cœlū rueret oīs vet⁹ ola periret. Et dr̄ meticulosis dicētib⁹: si hoc vel hoc eueniret quid faceremus: cū nō sit verosiſe talia posse euenire. Fragor.i.sonitus ex fractura olarū fit si arx cœlicolarū.i.quaꝫ cęlicolę colūt: hos est cœlū ruit. Ola ꝓprie est vas ex terra cocta: qd̄ in terrā defodi solet: & dicit etiā aula: vñ est Plauti aulularia. Et quia au mutari pōt in o longū: p aula dicitur ola per vnicum l. sicut p caulis colis: pro plaustrū plostrū: p caurus corus. pro maurus morus &c. Ola. Aula.

Fit fastiditus cibus idem sepe petitus.
Mand vorder keed aff en haande mad.
Idē cib⁹ petit⁹ sæpe fit fastidit⁹.i.fastidiuꝫ parit: vñ gręce dicit: dis crābe thanatos,i.caulis bis appositus mors est. Et ideo Iuuenalis. Occidit miseros crambe repetita magistros.

Fit de puluillo languēs pupilla pusillo.
Lidet grand spilder offte gaat øffue.

¶Pupilla.i.parua pupula.i.globulus interior oculi ſit langueſ de pul=
uillo ꝑ eo qđ eſt de puluiſculo: puſillo.i.valde paruo: vt de minima feſtu
ca. a puluis ſit puluiſculus & apud Apuleiũ puluiſculũ.

Fit ſunt ora quibus dante tonante cibus.
Gud giffuer alle mad ſom han giffuer mund.
Deus nunq̄ fecit os quin fecerit illi cibum. vnde Sedulius. Nõ trepidate
hoĩes vitæ dator & dator eſcę eſt. Cibus.i.victꝰ ſit: tonãte.i.deo (qui ſolꝰ
poteſt tonitru excitare per naturam: accipitur tamẽ a gẽtilibus pro Ioue
vnde teutonici adhuc diem Iouis vocant diem tonantis) dante.i.conce
dente: ſup. illis quibus ſunt ora ſ. ad manducandum.

Fit ſchola bardorum doctrix vt grammaticorum.
Sõme nẽme bog oc ſomme lere iog.
Bardus. Bardus duo ſignificat: eſt em̃ ſtultus a tarditate ingenij dictus: vnde Cę
cilius. Nimis audacẽ: nimiſq; bardũ. Eſt etiam cãtor & laudator victo
rum de gente bardorũ apud gallos. Vnde Lucanus. Plurima ſecuri fudi=
ſtis carmia bardi. Et ſic duplex eſt ſenſus. Alter ſic. Schola.i.ludus litera
rius: ſit doctrix bardorum.i.ſtultorum & tardi ingenij puerorũ: vt grã
maticorum.i.eorum qui euadũt boni grãmatici. Hoc eſt tam hebetes q̄
ingenioſi veniũt ad ſcholas. Alter ſic. Schola ſit doctrix bardorum.i.can
torum vt grammaticorum: quia etiam cãtare diſcunt multi in ſcholis.
Sed prior ſenſus eſt frequentior.

Fit toga rurali pro puncto perdita tali.
Faar et øffue miſter bonden ſin ko.
¶Gallis eſt prouerbium: pro puncto perdidit martinus aſinũ. Toga.i.
veſtis a tegendo dicta ſit perdita.i.amittitur rurali.i.ruſtico: pro pun=
cto tali.i.illius inſtrumenti luſorij: in quo ludo qui plura iecerit pũcta
lucratus eſt: ſi vnum punctum defuerit amiſit ruſticus veſtem quã de=
Talus. poſuit. Eſt talus os prope calcaneum: & os in articulo pedis quo ruſtici
ludunt. Multi male accipiunt pro cubo.

Flamma frequẽs ire facit ad threnos ſtygis ire.
Harm volder helffuede.
¶Frequẽs flãma ire.i.illiꝰ peccati qđ ſit ex inflãmatiõe & ex bili: facit ire
.i.deſcẽdere ad threnos.i.lamẽtatiões: ſtygis.i.lacus triſtitię infernalis:
quia vt dicit Horatius in epiſtolis: qui nõ moderabitur iræ infectum vo
let eſſe dolor qđ ſuaſerit & mens. Idẽ. Ira furor breuis eſt animũ rege. Nõ
Threnos. oĩs tñ ira eſt peccatũ: quia ſcriptum eſt Iraſcimini & nolite peccare: ſed q̄
excedit modum & non habet iuſtam cauſam. Threnos eſt vox græca.i.
lamentatio: vnde ſunt threni Hieremiæ prophetæ.

Flet ſub mole gene biſſi memor abra ſerene.
Mø ſette hand vnder kind oc gred faare graaſkind.

¶Abra.i.ancilla sicut abra fuit: memor bissi serenæ.i.cādidi lini: quod amiserat aut alibi tractare solebat: flet sub mole.i.pondere: genę.i.sinus & palpebræ oculorum.

Flendo puer queritur ob verbera: causa tacetur.
Barn ker er at det fonger hwg oc siger icke huad det bryder.
¶Puer querit.i.ꝯqrit flendo.i.cū fletu: ob verbera.i.qa verberat⁹ est: sed causa tacetur.i.puer bene se dicit percussum sed non dicit quamobrem: quod & alijs frustra aut inique querentibus dici solet.

Fluxerunt vnde repetunt loca iugiter vnde.
Ee kōmer vand som vand haffuer vered.
¶Vndę.i.aquę fluminū repetūt iugiter.i.ꝯtinuo & ꝑpetuo loca vñ fluxerunt. quia oīa flumina intrant mare: & ortum habent ex mari: quia sol|aut virtus cæli trahit ex mari materiam niuis grandinis pluuię pruinę: vnde generantur flumina: quæ licet in montibus vidētur habere ortum: oriuntur tamen primo ex mari.

Fraus fraudem pregnat: dolus et detractio regnat.
Swig oc sqwalder haffuer lang alder.
¶Fraus.i.deceptio & defraudatio: ꝑgnat.i.generat & facit grauidā fraudem.s.alteram: dolus & detractio regnat.s.modo. Interdum videtur licitū fraude fraudeꝫ repellere. vñ Cato. Tu quoqꝫ fac si͞le: sic ars deluditur arte. Et Vergili⁹. Dolus an virtus quis in hoste requirat? Verūtñ Christianū nō decet fraus sed veritas & simplicitas: pōt tñ callide cauere sine alterius iniuria ne sibi fraus fiat. Pregno verbum non est in vsu sed prægnans: pro grauida muliere.

Fratribus orbatus est pro nudo reputatus.
Bar er brodeløff mand.
¶Orbatus.i.priuatus ꝑ mortē fratrib⁹.s.suis est reputat⁹ pro nudo .i. inermi: vñ frater est fere alter: verū vt dicit Ouidi⁹ fratrū quoqꝫ gratia rara est. In regionib⁹ tñ vbi populi sunt pugnaces bonū est habere fratres. Orbare est priuare aliqua re chara: vt oculis parentibus aut liberis. & ꝗ sic priuatus est dicitur orbus. Orbo. Orbus.

Frangitur ex facili scabies in vertice vili.
Skurffued hoffuit er snart brudet.
Scabies frāgit.i.erūpit aut rūpit de facili.i.faciliter: in vertice.i.summitate capitis vili.i.non precioso: sed neglecto & incompto: qa talia capita sunt sępe scabiosa: aut quia nō possunt se protegere. Vertex dicitur a verto: & est summitas capitis: vnde pili deorsum vertuntur: & mōtis: vñ scandentes debent reuerti: Vortex est gyrus aquarū se obuertentium. Vertex. Vortex.

Fraude quid emũgit quicũq; popyſma perungit.
Han tencker ſwig ſom iſter lett ſmør.
¶ Quicũq; perungit.i.quaſi vngendo palpitat & molliter tangit: popyſma.i.aut manus aut obſcœnas partes ſibilãtes & tenuiter ſonãtes: emũgit.i.leuiter extrahit quid.id eſt aliquid: fraude.i. per fraudem. Popyſma proprie eſt ſibilus qui fit ex compreſſione manuum aut membrorum pudendorum: vnde Iuue. Prębebit vati crebrum popyſma roganti. E. Martialis. Fatui popyſmata ſũmi: a popyzo qđ ē ſibilo & adulor. Hic accipi videtur pro manibus quibus ſibilum maiorē & poppyſma facimus. Emungere proprie eſt mucorem extrahere: ſed accipitur pro ſubtiliter euacuare argento. Vnde Terentius emunxi argento ſenē. Et Horatius. Pythias emunctо lucrata ſimone talentum.

Poppyſma

Emungo.

Fraus vt plebs dicit dominum collo tenus icit.
Suig ac falſk ſlar gerne ſin herre paa halſſ.
¶ Fraus icit.i.percutit dominum.i.eum a quo facta eſt: tenus collo.i. vſq; ad collum vt dicit plebs.i. vt vulgatum eſt prouerbium. vnde in Pſalmo: incidit in foueam quã fecit. Vnde verſiculus Fraus ſolet in dominum ſæpe redire ſuum

Frangere quod putruit abſq; labore fuit.
Raadet er ſnart brudet.
¶ Fuit.i.contigit (ſicut eſt pro contingit ſæpe accipitur) frangere abſq; labore; id quod putruit.i.putrefactum eſt: quia iã quaſi fractum eſt.

Frigus eum punit licet igni ſe vetus vnit.
Ee giuſſ den gamble det han paa ilden ſade.
¶ Licet vetus.i.ſenex annoſus: vnit ſe igni: tñ frigus punit eũ: quia habet frigus intus qđ calefacere ignis nequit. Et ideo dicit Vergilius in georgicis Frigidus in venerem ſenior.

Forte venena capit qui vada multa ſapit.
Ho i mange brynde leder han finder eder i ſomme.
¶ Monet caute & non ex omnibus poculis bibendum: quia ille capit: id eſt bibit forte venena: qui ſapit: id eſt, deguſtat multa vada.i.flumina & pocula.

Forte lapis madeat plebs vbi multa ſcreat.
Den ſten bliffuer vod ſom huer mand ſpøtter paa.
¶ Lapis ſcilicet in pauimento poſitus madeat.i. fiat madidus forte.i. veroſimiliter vbi multa plebes ſcreat.i. ſpuit. Inde exſcreare expuere. vt dentibus de tribu exſcreauit vnum.

Sane dum vinum aſcendit in caput ſolet lis ſopita renouari.

Linquens mane torum fit gnarus prodigiorum.
Ho aarle riſſ han vorder meget viſſ.
¶ Linquens torum.i.lectũ mane: hoc eſt qui non indulget nimis ſom=
no & mane ſurgit: quia habet ingenium vegetum: fit gnarus.i.peritus
prodigiorum.i.rerum occultarum quæ per prodigia.i.oſtenta & ſigna
inſolita portendi ſolent.

Lota licet cornix tamen eminet albidior vix.
Kragen er icke diſſ hwidere at hwn tor ſig tit.
¶ Cornix licet lota: tamen vix.i.cum difficultate eminet.i.apparet albi
dior i.albior & magis albida.immo non vix ſed nequaq̃: quia quod vix
fit: fit licet cum difficultate: vt vix iuſtus ſaluabitur. quod quaſi fit non Vix.
fit: ſed parum abeſt quin fiat. Sed vt dictum eſt Balnea cornici nil pro= Quaſi.
ſunt &c.

Lubricus eſt dictus alienę pellis amictus.
Slebrede ere frẽmed mandz ſkind.
¶ Amictus.i.veſtitus pellis alienæ.i.alterius heri: eſt lubricus.i.cito ela
bens manibus tenẽtis: ſicut anguilla. Vnde ſolet dici Alterius veſte ne
mo veſtitur honeſte.

Lucrificare forum ſolet aduentus fatuorum.
Fordi er torffuit gaat faar der kõmer mangen ſnaat.
¶ Aduentus fatuorũ.i.diuitũ & nobiliũ qui ſtulte expendunt pecunias
ſuas ſolet lucrificare.i.lucroſum facere forum.ſ.rerum venalium: quia
ſi non eſſent fatui emptores in multis rebus nullum eſſet lucrum: vt in
mercibus non neceſſarijs.

Luter ait iace me: quo vis: ſed a quas peto deme.
Kaſt mig hwor dw vilt ſagde aaderen men icke i vandet.
¶ Luter.i.caſtor animal in terra & aqua viuẽs: ait iace.i.proijce me quo
vis.i.ſiue in aquã ſiue in terram: ſed peto deme.i.aufer aquas.qđ callide
dicit putãs ꝙ ꝯtrariũ faciãt q ipſũ ceperũt: nã vult in aquas mitti.

Luſus adeſt illi pila cui datur atq; bacilli.
Ho ſom haffuer bold oc ſtaff han fonger vel den ſom lege vill.
¶ Luſus adeſt.i.præſto eſt illi.ſ.puero: cui pila datur: atq; bacilli.i.par=
ui baculi incurui dantur: quia illis ludit.

Ludere quiſquis auet alea quando fauet.
Gaat er at lege naar terningen vill vell.
¶ Quiſquis pro quiſq; auet.i.cupit ludere: quando alea.i.fortuna aut

instrumentum fortuiti ludi fauet sup. ei.

Letificat stultum qui scit promittere multum.
Fagre ord frøyde en daare.
¶ Is qui scit promittere multum lętificat stultum: & non prudentē: quia prudens scit ꝙ non omnia quæ promittuntur dantur. Vnde dicit Ouidius. Pollicitis diues quilibet esse potest.

Longior hora ruit qua capra crassa fuit.
Den dag er gongen som geden vaar fed.
¶ Hora lōgior. i. prolixius tempus: ruit. i. transijt: qua. i. in quo tempore: capra fuit crassa. i. incrassata: quia id lente fit.

Lurco replet stomachum prandendo peripsema rerū.
Frodssere skaler først eblet oc eder siden skereddingen.
¶ Lurco. i. gulosus ingurgitator: qui nescit expectare meliores cibos: replet stomachum sup. suum: prandendo. i. manducando. i. tēpore prādij
Peripsema. peripsema. i. rasuram & purgamentum rerum. s. comestibilium: vt sūt pelles pomorum: crustæ panis. male autem corripit penultimam in peripsema: quia scribitur græce per η quod in e longum vertitur: ego puto legendum pemmata: sic. lurco. i. delicat⁹ liguritor: replet stomachū prādendo pēmata. i. bellaria: quæ sunt dulciaria secundæ mensæ: vt sunt tragemata & alia e sacchаro confecta: & fructus delicati.

Luteris ossa cutem perdit lanista misellus.
Han flaar som en stimper der fonger hwercken kraap eller skind.
¶ Lanista. i. macellarius qui carnes quas vendit laniat. vnde lanius non
Lanista. lanista dici debet: nam lanista est princeps gladiatorum: misellus. i. aliquantulum miser: perdit ossa sup. & cutem luteris: quia cedit in vsum diuitum.

Lis minime verbis interdum crescit acerbis.
Offte kōmer stor kiff aff liden trette.
¶ Lis crescit interdum verbis acerbis: id est asperis minime: id est nullo modo: quia sunt qui irascantur ob leue dictum licet non sit acerbum.

Lesis testiculis nutascit virga virilis.
Ilde rawer redieløst andbwd.
¶ Virga virilis. i. mentula nutascit. i. vacillat non erigitur testiculis. i. coleis læsis.

Luridus aspectus non fascinat obuia quevis.
Det sorte kiwsf icke alt.

¶Aspectus luridus.i.immitis & asper: non fascinat.i.non inficit fascino.i.incantatorio magico & sortilego damno: quævis obuia.i. omnia quæ videt. Sunt autem comperti homines geminas pupillas in oculis habentes qui solo aspectu fascinauerunt homines.i.fecerunt eos macrescere & lente perire: ad quos alludēs Virgilius in bucco. ait. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Fascinat.i.macros facit & proficere vetat.

De littera M.



Mas fore laudatur qui quod maris est operatur.

Den er mand som gør mandz gerning.

¶Is qui operatur quod est maris.i.qui facit opus virile: laudatur.i.probatur fore.i. esse mas.i. vir fortis. vnde mares animos: id est fortes & viriles dixit Horatius. Sane vbiq; fere abusiue ponitur fore pro esse. Nam fore est futurum esse: nō esse solum: qui autē operatur id quod est maris.i.quod pertinet ad marē non laudatur fore: sed iam esse mas. Mas. Fore.

Malum malo dari q̄ fauce tenace vorari.

Bedre er ebleb giffuit en edet.

¶Ego malo.i.magis volo: malum.i.pomum dari.s.mihi aut a me: alteri: q̄ vorari.i.gulose absumi: fauce.i.gula tenace.

Mannis aularum superest vectura trabarum:

Hoffmande hest kömer oc till harffue.

¶Vectura.i.tractio traharum: id est instrumentorum rusticorum quæ trahuntur ad terram complanandam post sationem superest.i. reliqua est: mannis: id est equis delicatis aularum: id est qui dum in flore ætatis sunt in deliciis sunt aulicarum. Sic etiam homines in iuuenta placentes aulicis: in senecta aut eijciūtur aut turpi seruitio addicuntur. Virgilius videtur pro traha dixisse trahea: in georgicis. Tribulaq; traheæq; & iniquo pondere rastri. Mannus.

Malo frui propriis q̄ rebus egere sororis.

Bedre er selff at haffue en søster at bede.

¶Malo: id est magis volo: frui proprijs rebus: id est absumere res proprias: q̄ egere: id est precario vti vt egeni: rebus sororis: id est quę in alienam migrauit familiam: vnde soror quasi seorsum ducta dicitur.

Mantica cum pane non est vectigal inane.
Ee lettiſſ mad byrde.
¶ Mantica.i.biſſaccus cum pane.i.in quo reponitur panis pro viatico: non eſt vectigal.i.vectura (hoc loco: cum proprie ſit redditus quem poſ ſeſſio aut publica aut priuata parit) inane.i.vanum & inutile: quia victum confert.

Magna morã prendit ſcapha dũ leuis ad mare tẽdit.
Store ſkib ligge paa lande men ſmaa gonge till vande.
¶ Vt prius dictum eſt melius eſt vti nauibus & alijs inſtrumentis agilibus q̃ magnis: quia ſcapha.i.nauis magna: cum proprie (vt dixi) ſemper ſit parua: prendit.i.capit moram.i. dilationem: dum ſcapha leuis vt liburna olim: tendit ad mare.i.iam in vſu eſt.

Mancipium verum probat experientia rerum.
Røn er god dreng.
¶ Experientia rerum probat mancipium.i.ſeruum eſſe verum dum q̃s ita eſſe comperit vt ſeruus aſſeruit.

Marcis centenis preſtat fauor omine lenis.
Bedre er held en hwndrede marck.
¶ Fauor lenis.i.tranquillus & non aſper: præſtat.i.melior eſt centenis .i.centũ marcis.i.ſummulis pecuniarijs: quibus in Dacia vtũtur omine.i.bono euentu & felicitate.

Malo ſtrabo ſtare q̃ cecutiens titubare.
Bedre er at vere ſkellig en blind.
¶ Ego malo.i.magis volo ſtare.i.erectus manere: ens ſup. ſtrabo.i. vt auctor hic accipit: viſu obliquo ſed integro: q̃ titubare.i. vacillare cæcutiens.i.male videns. Male autem ſecundã corripit. Senſus eſt malo deformem & integrum q̃ debilem & ſpecioſum habere viſum.

Mane fit ede dei meritoria muſa diei.
Otte ſang er almiſſe gang oc meſſen hwn er pryde.

Pomp am miſſa gerit: ſed veſper inania querit.
Afften ſang er ſpot oc bang ehwo ſom vil paa lyde.
¶ Muſa.i.cantilena chori: aut ſymphonia organica: fit mane.i.tempo re matutino dum manat dies: & quando dicitur mane.i.bene ſit tibi: q̃a antiqui manum bonum dicebant: vnde immanis non bonus: ſup. in æde.i.domo & templo dei: meritoria diei.ſ.ſubſequentis: hoc eſt qui mane religioſe cantant merentur vt dies bona ſequatur.

Mane.

¶ Miſſa.i.officium diuinum quod fit ante meridiẽ a ieiunis: & in quo

hostia mittitur deo patri Christus: & post quod canitur ite missa est: ge- Missa.
rit pompam.i.celebritatem & festiuitatem magnam & pomposam in cantu & habitu: quia populus interest: sed vesper.i.officium vespertinū & completoriū: quærit inania.i.vacua a pompa & celebritate: aut ina ni a: quia iam spectant quidam ad prostibula & cauponas. Et debet iste versus poni continuo cum præcedenti: aliter poneretur inter incipientia a P non ab M.describit autem totū officium cleri: qui in matutinis me retur vnde viuat honeste in die: in missa vnde pomposus incedat & vespere vnde superflua teneat & inania quærat.

Me coales horno pascam te vero secundo.
Fød mig i iaar ieg vil føde dig ath aare.
Tu coales.i.simul nutries me: horno.i.isto anno vel istius anni prouentu: vero pro sed: ego pascam te secundo.i.sequenti.s.anno.

Me fore vult viuum qui fert exile datiuum.
Ho mig lidet giffuer han mig liff and.
Is qui fert.i.portat mihi datiuū.s.munus vt obsoniū exile.i.modicū vult me fore.i.diu futurum esse: viuuz: quia sobrietas est causa longe vitę: difficile aūt est magnis ferculis ab amicis oblatis eam tenere.

Meta boni menti datur equanime patienti.
Gaat toall fonger gerne god ende.
Meta.i.finis & exitus boni: id est in quo bonum sit: datur menti patienti: id est toleranti scilicet aduersa æquanime.i.cum æquanimitate: qa qui pati potest vincere solet. Superanda omnis fortuna ferendo est.

Mens letabunda portendit fata secunda.
Ee vinder glat hierte.
Mens lętabunda.i.lætans frequenter & multum prędsagio naturę: licet causam nesciat: portendit.i.prognosticat & prę se fert & ꝑsignificat: fata.i.euenta a deo ꝑordinata: secunda.i.prospera: & ecōtrario mens tristis portendit tristia.

Menia pomposa confringit vis numerosa.
Mact bryder borger.
Vis.i.violentia aut numerora populi: numerosa.i.magni numeri: confringit mœnia pomposa.i.magnifice cōstructa: quia multæ res paruæ destruunt vnam magnam.

Mente tumens letor nūmismate dum locupletor.
Ieg er glad i nim hw naar ieg haffuer penninge i nim pung.

¶Dum.i.quando:ego locupletor.i.locuples fio:nūmismate.i.pecunia (ab Horatio corripitur prima & scribitur vnico m.regale numisma philippos)ego tumens.i.inflatus & superbiens lætor mente:quia cum diuitijs crescunt animi.

Merso iordani menda sit equa cani.
Kast hwnd i iordansſ flod da er hwnd som før vor.
¶Menda.i.macula & imperfectio:equa.i.æque magna sit cani merso .i.licet mergatur & lauetur iordani.i.in flumine illo in quo Christus lotus est.dr̄ vt videt̄ de Iudeo & gentili qui ficte accedit ad baptismum.

Messis erit rara quam dextera spargit auara.
Ho som lidet saar han lidet faar.
¶Notum est qui parce seminat parce & metet.

Mens sanum sapiat anxia quando viat.
Der skal vid, til vonde.
¶Mens.i.meditatio hoīs:sapiat.i.sentiat:sanum.i.sanam opinionē quando viat.i.vadit anxia.i.sollicita:q̄a cura acuit ingenium.

Mestities veterem noua dat sopire dolorem.
Ee kōmer sorg oc sløker anden.
¶Mœstities.i.tristitia mœror:dicitur etiam mœstitia:noua:dat.i. facit sopire id est occulere & sedare dolorem veterem:quia maior dolor minorem pellit.

Mas ꝙ obibat heri iam debet acus mea queri.
I gard døde nim bonde i dag, tabede ieg nim naall.
¶Probat ꝙ maior mœstitia minorē expellit:q̄a heri amisit maritū:& hodie acū:quasi plus dāni sit in acus amissione q̄ in mariti. Exponitur etiam aliter.Quidā legūt.Mas obiebat:sed male:q̄a obiebat nō dicit̄.dicimus em̄ ibā & quibā nō iebā & quiebā:dicit ergo mulier vidua:ꝙ.i.q̄a mas.i.maritus meus obibat heri:acus mea debet iam queri:vt suendo lucrer victum quem maritus lucrari solebat.

Mesta timenda satis bona non minus ampla sciatis.
Ont skallman rediſſ gaat er icke formeget.
¶Quia fortuna nulli est perpetuo bona:solent sapientes rogare deum: vt pro magnis bonis modica reponāt mala.hoc est quod sciatis.s.vos omnes hoīes:mœsta.i.tristia & aduersa timēda sup.esse satis:& sup.bona ampla.i.ingētia nō minus esse timēda:q̄a ea solent seq̄ ingētia mala.

Militat acephala sine ductu principis ala.
Ilde strider hoeltøſſ heer.

¶Ala.i.appendix leuis armaturę a latere aciei:militat.i.militiam exercet & pugnat:acephala.i.sine capite (male primam producit: quia a priuatiua particula corripitur) sine ductu principis.i.si nō ducitur a principe suo.

Missio sit talis tua cedes vt pecualis.
Delig er din sending som dit fedreff.
¶Missio.i.portio quam amicis & vicinis mittis de mactato boue vel porco:sit talis vt cędes.i.mactatio tua pecualis.i.pecoris tui est:hoc est pinguis de pingui & macra de macro.

Mos vetus emergit puer ad puerilia vergit.
Det er sed at barn gør barne gerning.
¶Mos.i.consuetudo vetus.i.antiqua emergit.i.exoritur:& emanat seu in vsum venit:puer vergit.i.tendit & inclinatur ad puerilia.s.opera.dicitur ironice quando senes puerilia tentant.

Mos est matris ei qui subuenit esuriei.
Den er moder som mad giffuer.
¶Mos matris.i.consuetudo & miseratio materna est ei qui subuenit esuriei:quia mater infanti esurienti vbera prębet.

Murilegum mures nexuri sunt sibi plures.
De skulle vere mange: mwsſ en kat skulle binde.
¶Docet plures paruos esse fortiores vno magno: quia plures.i. multi mures sunt nexuri.i. vinculis constricturi sibi.i.ad votum suum:murilegum.i.felem mures legere & furari solitam.

Mus vbi quit peris inopis latitat mulieris.
Ec er mwsſ som hwn maa i fattig koneſſ pose.
¶Mus.i.sorex.qui mus paruus est:latitat vbi quit.i.potest: vtpote in peris.i. sacris & manticis:mulieris inopis:quia illa nō sępe visitat peras suas cum in eis parum reposuerit.

Murib⁹ id dapinat quod crastina cura reclinat.
Den gēmer till mwsſ til morgen gemmer.
¶Cura crastina.i.sollicitudo de crastino:dapinat.i.in dapē dat:id muribus quod reclinat.i.reponit & reseruat in crastina.s.tēpora.

Multi lora ferent:sed perpessi iuga merēt.
Mange ere de som køre we er den som drageskall.
¶Multi.s.populi liberi ferēt.i.portabūt lora.i.vincula seruitutis spōte acceptę: aut vt regē haberēt sicut alię natiōes vt fecerūt iudęi aut vt se vīdicent de inimicis:quod plurimi fecerunt:sed perpessi iuga.i.subiugationem & onera seruitutis mœrent.i.tristantur.

Multa reseruantur apothecis que licitantur

Mange ere vrninger i kremerenss seck.

¶ Multa quę licitantur.i.appreciantur:& disquiruntur quanti sint:hoc est cuius precij:reseruantur apothecis: quia non omnia venduntur de quibus licitato est.i.pretij inquisitio & taxatio.

Maneries varias prebet in arte vias.

Mange ere vissdomss veye.

¶ Maneries.i.modus & forma faciendi:prebet in arte varias vias.i.rationes faciendi iuxta artem.

Mitis ades pueris si libertate frueris.

Fri er frelss framgong.

¶ Si frueris:id est voles frui libertate.i.carere molestia & seruitute:ades id est adsis pueris mitis:id est placidus & benignus:quia quando parentes vident seruos benignos erga filiossamilias : benignius tractāt eos.

Mixtim phas resera cum iocundis seue vera.

Alwere oc gāmen kwnde ilde sāmen.

¶ Resera.i.manifesta & pande:phas.i.quod iustum & licitum est: mixtim.i.cum temperamento:hoc est sere.i.admisce aut dic: vera quæ sunt seuera cum iocundis.i.iocosis.

Mutuo vix dantur dum passim plaustra vagantur.

Ont er at fonge vogne naar alle ville age.

¶ Plaustra.i. vehicula dantur vix.i. cum difficultate: immo non dantur mutuo:deberet dicere commodato:dum vagantur.i. dum vaga tra huntur passim.i.per singulos passus:quia tunc occupata sunt.

Mulcent delirum verba polita virum.

Fawre ord frøyde en daare.

¶ Verba polita:id est compta & ornata:mulcent: id est placant & dele=
ctant: virum delirum.i.stultum & non recte sentientem vt faciunt senes
deliri. Delirus proprie dicitur qui captus sensu nescit tenere liram.i.sul»
Delirus. cum rectum:hoc est normam viuendi.

Munera cuncta cano:sed claue flagra profano.

Ieg loffuer alle gaffuer vden kølffue hwg.

¶ Ego cano:id est laudo:iuxta versiculum. Laudo cano:describo cano:
Cano. dic & cano canto:cuncta munera:id est omnia dona: sed profano: id est
damno & tanq̄ profana: id est procul a templo habenda refugio : fla=
gra: id est verbera: clauę:id est fustis nodosi. Scies tamen quod nec flagra

nec verbera ꝓprie significãt ictũ:sed instrumenta. Nã flagra sunt summi Flagra.
tates arborum & rami vnde virgę fiunt quæ per diminutionem flagella Flagella.
dicuntur. Verbera sunt quib⁹ verberamus: vt sunt scorpiones & scuticæ. Verbera.

Multis lenonis dicitur oda sonis.

Ffalsk vise vorder mange lunde queden.
Oda.i. cantilena lenonis.i.locatoris meretricũ, dicitur multis sonis: qa nũc blanditur nunc minatur vt pecuniam extorqueat.

Mortis habens horam cadit omnis homo nece corã.

De dø alle som feye ere.
¶ Omnis homo habens horã mortis.i.qñ venit hora mortis cadit corã nece.i.morte: quia nulla est medicina contra eam.

Mortis ab austere sibi quis scit falce cauere?

Ho kan gøre forbud faar døden?
Quis scit cauere sibi a falce.i.virga ferrea & incurua qua mors fingit cun cta metere: mort; austere? q.d.necnõ. Quia statutũ ẽ omnib⁹ semel mori.

Mactat nil stomachũ: visibus aptat acum.

Inth; er gaat i øffue oc ont i bwg.
Danice dicit nihil bonũ est in oculo: malũ in stomacho: vñ nil.i.ꝓuatio omnis rei vt omnis potus & cibi: mactat.i.interficit stomachũ: s; aptat i.aptũ facit: acũ.i.acumẽ seu acutiẽ visibus.i.potẽtiæ videndi.

Molis init sursum quẽ terret trux mina cursum.

Den haffuer swart køb som nødiff till at løbe.
Is quẽ mina.i.minatio (caret tñ singulari) trux.i.truculẽta: aut mina.i. dispositio vultus trux.i.atrox terret: init.i.incipit cursum molis.i.cum mole & sarcina magna sursum.i.in altũ licet sit laboriosum.

Merx precii teneri petit additione foueri.

Ee bediff till offuer aff vnge købmend.
Dicit ijs qui in modica merce negociari incipiunt: quia cura & sollicitu dine crescere solet. Vñ merx precij teneri.i.exigui & parui: petit.i.poscit foueri.i.sustineri & augeri: additione.i.additamento.

Membratim scaturit cum cephalia furit.

Naar hoffuedet vercker da drøffuiff alle lemmerne.
Cũ.i.quãdo: cephalia.i.dolor capitis: furit.i.crudescit, auget, grassatur Scaturio.
sup.tũc scaturit.i.diffundit: mẽbratim.i.per mẽbra. Secut⁹ errorem vulgatũ corripit mediã in scaturit q̃ longa est: vñ Prudentius. Petra dei iussu potum largita scaturit.

Malo solari quam peruerso sociari.
Bedre er ene at vere en ond stalbroder at haffue.
Ego malo.i.magis volo:quia melius est:solari.i.solus haberi & destitui a societate:quam sociari peruerso.s.homini.

Me pater hoc anno dapines ego te reuoluto.
ffød mig i iaar ieg vil føde dig at aare.
O pater dapines.i.cibes me hoc anno: quia ego sup. dapinaui.i.cibaui & nutriui te:reuoluto.s.anno. Hic & sequentes sunt alterius auctoris versus:minus culti:nam dapino barbarum verbum est: & siquãdo reperiatur putem mediam producere:vt propino.

Multorum manibus alleuiatur onus.
Mange hender gøre snar gerning.
Quod multorum manibus fit leuius citius & facilius sępe fit. Sed sunt argutuli qui alterum sensum eliciunt:vt multorũ sit genitiuus a nominatiuo multores,non a nominatiuo multi:quia multores frumenti alleuiant aut potius alleuant onus sacci.

Multorum sputum tandem lapidem facit vdum.
Den sten vorder vaad som hwer mand spøtter paa.
Sputum multorũ.s.hominũ:facit tandẽ lapidẽ.s.pauimenti: vdũ.i. humidum:quia sępe paulatim fit quod simul fieri difficile sit.

Mantica mole leuis fit longo tramite grãdis.
Lyden byrde er lang vey tung.
Mantica id est sarcina vt bisaccus:leuis mole.i.ponderosa:fit grãdis:hoc est grauis:tramite.i.itinere longo:quia fatigat portantem.

Mauult quam cedi formella peripsima radi.
Bedre qwemmer at skrabe osten en at skredden.
Formella.i.formago:hoc est caseus mauult peripsima id ẽ corticem exteriorem qui non comeditur: radi.i.radendo purgari: quam cædi id ẽ abscindi cultro:quia abscindendo etiam quod bonum est minuitur:radendo solũ quod peripsema.i.superfluum.dixi supra peripsema etiaꝫ in Paulo apostolo debere scribi:& penultimam ꝓduci:quia græce habet ita.i.e longũ.

Masculus albumen sapit oui:mecha vitellum.
Horkone eder blommen oc giffuer hosbonden det hwide aff egged.
Masculus vir pręsertim luxuriosus:sapit id est deglutit:albumen.i.albũ oui:mœcha.i.mulier luxuriosa & delicata:sapit.i.degustat:vitellũ.i. rubrum oui. Causam dicant ipsi:honesta em̃ non est.

Maior eundo vadis minor est qui cornipes aruis.
Liden hest er mest i vandet.
Cornipes id est equus corneos habens pedes: qui est minor id est minus vtilis aruis. s. arandis: est maior eundo vadis. i. per vada & aquas.

Mensipete comites gula sunt caua: culter acutus.
Kringeldriffuere haffuer tom bug oc hwass kniff.
Comites mensipete. i. qui affectanter petit mensam cibariam: sunt gula caua. i. venter exhaustus & famelicus: & supple culter acutus: vt bene incidat cibum.

Mus nequit vt mannus ita pedere ni crepet anus.
Mwss fierter icke som hest vden røff reffner.
Mus. s. minor: vtpote sorex: nequit pedere. i. cū bōbo ventositatem alui emittere: vt mannus. i. equus: ni. i. nisi anus. i. podex eius crepitet. i. crepitum faciat. quia nihil pedit sine crepitu.

Multum lingua loquax: quādoqꝫ solet fore mendax.
Han lyver offte som meget vil tale.
Lingua loquax multum: solet quandoqꝫ: immo plerunqꝫ fore: pro eo qđ est esse: mendax: quia in multiloquio non deerit peccatum: & ideo sobrie & premeditate loquendum est.

Mergit vtrosqꝫ pedes canis inueniendo faui vas.
Lad hwnd till hwnnig trw da springher han i met baade ben.
Dicit iuxta mensuram lucri & emolumēti assumi labores: quia canis inueniendo id est quando inuenit vas faui id est in quo sit fauū: & qđ per tēpestatem in aquis fluit: mergit vtrosqꝫ pedes. s. in aquis aut in vase faui. Aut carpit auide sumentes dulcia: vt canis animal gulosū: mergit vtrosqꝫ pedes inueniendo vas faui.

De littera N.


Nauita prorsus hebet naues dans nec sibi prebet.
Det er en daare som saa giffuer skib at han ligger selff paa lande.
Nauita q per syncopā dicitur nauta. i. dn̄s nauis aut gubernator: dās nauē. s. suam: nec prębet (melius diceret nec prębens. i. & non prębens.) nec. i. & nō: & sup. q: nō pbet sibi. s. ipsi vsū nauis: hebet. i. Nauita.

hebes & obtusus est prorsus .i. oino. quia glibet debet esse proxim⁹ sibi.

Nactus pacta dei vix bene distat ei.
Ho selskaff legger met gwd han skyliesT icke ved hānem.
Nactus.i.adeptus:pacta.i.stipendia & emolumenta dei.i.quę deus pe=pigit sibi seruientibus in templis: vt sunt q̄ beneficia alij vocāt: alij præ=bendas: stipendia canonicorū & sacerdotū: vix.i.cum summa difficulta=te: distat.i.diuisim & separatim stat ei.i.ab eo: quia deberet esse p̄sens nisi legitimā haberet absentiæ causam.

Nata vi brume calcaria scurra resume.
I frost oc kuld kende kerling sin søn at spende.

Nudipes ibis eques? te dignus cum potes eques.
Spore paa ben Tag gaat men dw kant fronge.
Dixi sępe auctorē nō seruare elegantiā & p̄prietatē sermonis qa calcaria non sunt proprie indumenta calciū: sed quibus equos pūgimus: & Scur=ra non est proprie mendicus, aut male vestitus: sed qui nō habita ratiōe Scurra. honestatis ridicula & turpia dicit in se & in alios: sed exponamus ad mē=tem auctoris. O scurra.i.male vestite & mendice: resume calcaria.i.indu=menta calciū ne congelantur: aut per risum mater dicit filio vt accipiat vera calcaria & hoc vi.i. violentia brumæ.i.hyemis mediæ dum breuis=simus est dies: nata.i.orta. Et ideo fili: ibis.i.incedes equo nudipes.i.nu=dis pedibus cum possis habere calcaria? quasi dicat id ineptum fore. vn=de addit. æques.i.ex æquo socies te dignis id est æqualibus & eiusdem cō=ditionis tecum: cum.i.quando potes scilicet id facere.

Ne digitos vrat faber ignem forcipe curat.
Smeden haffuer faardi tenger at han icke vil brende sine hender.
Faber scilicet ferrari⁹: curat.i.tractat: ignem.i.ferrum ignitum: forcipe id est tenella vt dicitur: foruum id est calidum capiente: ne vrat digitos scilicet suos.

Ne grauer absq̃ cibo semeso gaudeo libo.
Bedre er halfft brød en alt mist.
Monet fugere proteruiā & stultā animi elationē: quā habent qui malint fame consumi q̄ atro aut feraeso & corroso pane vesci: vn̄ dicit. Ego gau=deo libo.i.pane a libando dicto: semeso.i.ad dimidium comesto: ne gra=uer.i.torquear absq̃ cibo.

Ne vi veltris edar prius illum pro dape preder.
Før eder ieg aff hunden: en hunden aff mig.
Ne.i.vt nō edar.i.vorer: vi.i.violentia: veltris.i.canis venatici: ego præ=der.i.vt prędam capiam prius illū pro dape.i.loco cibi.

Nemo facit dominis seruimina congrua binis.
Ingen kand tiene to herre till tacke.
Docet id qđ in euangelio dicit Nemo potest duobus dñis seruire sup. inter se dissidentib⁹: vnde dicit. Nemo facit seruimina.i.seruitia & obsega congrua dñis binis.i.duob⁹simul sup. si sint inter se cõtrarij,& non subordinati.

Nemo lingendo satur est si non comedendo.
Ho som eder sig icke met han slicker sig icke met.
Nemo est satur lingendo.i.lambẽdo:si nõ est satur comedẽdo.i.manducando:quia plus cibi capit manducans q̃ lingens.

Nemo diu viuet cui nulla calumnia liuet.
Den leffuer ey lenge som inthʒ angest bider.
Nemo viuet diu in hoc mundo:cui nulla calũnia.i.calamitas & aduersitas aut cauillatio:liuet.i.liuida & mala est.Quia sicut candida habentur pro bonis:ita liuida & nigra ꝑ malis.Est aũt liuor color plũbeus sub niger vt fit in mẽbro cõpresso:quẽ quia inuidi habẽt qui seipos cõsumũt: accipitur pro inuidia:vnde posset hic dici:calũnia liuet.i.ex liuore:hoc est inuidia fit aliqua cauillatio & controuersia. Liuor.

Nemo solarum moritur terrore minarum.
Ingen dør aff høtʒell.
Nemo moritur terrore solarum minarũ nisi sequatur effectus:posset tamen tam vehemẽs esse metus vt mortis sit causa.

Nemo nisi peperit probra probrosus erit.
Ingen vorder skam vden han gør sig selff skam.
Nemo erit ꝓbrosus.i.ignominiosus & infamis saltẽ vere & iuste:nisi peperit.i.fecit:pro peperit.i.fecerit:probra.i.dedecora & facinora infamia.

Nere status miseri tribuunt nude mulieri.
Nød kender nøgen kone at spinde.
Stat⁹miseri.i.miserandę cõditiones vitæ:tribuũt.i.attribuũt & assignãt pro sorte:mulieri nudæ nere.i.officium nendi vt victum inde acquirat.

Nemo flet ex chrysea re nisi functus ea.
Den greder icke faar guld som aldrig fick guld at eye.
Nemo flet ex re chrysea.i.aurea:hoc est ob rem aureã amissam aut ablatam:nisi functus ea.i.nisi qui prius habuit eam in potestate:nã rustici & pauperes non flent si non habent pocula aurea aut fibulas aut armillas sed nobiles quorum maiores talibus vsi sunt.Sane male corripitur pria

in Chrysea: est em̄ longa Martialis. Chalcea donanti Chrysea quid dederas? Et dicitur a Chrysos quod est aurum.

Chrysos.

Nesciat infestus quo victu viuat honestus.

Det skall en skalk ey vide hworledisf en god mand leffuer.

Infestus. i. molestus & violentus inuasor vnicuiqꝫ vim inferens: nesciat quo victu honestus viuat. Quia qui male acquirit inhoneste absumere solet.

Nescit habere situm stabilem nimis omne cupitum.

All offueruettighed kan ey haffue stadighed.

Omne cupitum. i. appetitū nimis: nescit habere situ. i. locū & mansionē seu positionē stabilem. Quia qui ardenter aliquid faciunt siue amāt siue oderunt, non diu id faciunt.

Nemo viam veterem nec amici spernat amorē.

Man skal icke forsmaa gamble veye: oc ey helder gamle venner.

Nemo saltem prudens spernit viam veterē. i. notā sibi: nec amorē. s. veterem amici. Vnde dictū est. Calles antiquos serues: veteres & amicos. Iō dicit prouerb. xxvij. Amicū tuuꝫ & amicū patris tui ne dimiseris. Sūt & alij versiculi idē canentes. Sepe viatorē noua non vetus, orbita fallit. Et sociū socius nō vetus immo nouus. Idē docet Cicero in lib. de amicitia.

Nescis cisterna qua limpha viget diuturna.

Mand ved ey i hwad brynd vandet bliffuer lengst vdi.

Tu nescis: qua cisterna. i. quo puteo aut conseruatorio aquarum presertī pluuialium: limpha id est aqua: viget. i. manet bona: diuturna. i. p longum tempus: quia cum omnes sint clausæ & profunde difficile est de eis iudicare: sicut de ocultis hominū cordibus.

Nescit edax scurra ventris satur esse saburra.

Madgerig mand lader sig ey nøge.

Scurra. i. captator inhonesti risus & assecla mensarum lautarum: edax. i. assidue multuꝫ vorans: satur. i. cum sit satur: nescit esse. i. vt sit saburra. i. inutile onus ventris. Est em̄ saburra inutile onus quod imponitur nauibus ne vento nimis agitentur: quod cessante vēto proijcitur in mare. Sic scurra satur est inutile onus ventris: quia nihil boni operatur.

Saburra.

Ne vola forte lita tibi sit picis vnguine vita.

Vare din hand at hwn ey begiff.

Vita. i. deuita: caue: ne vola. i. palma manus tuæ: sit lita. i. vncta: vnguine. i. pingui vnctione picis. i. resine fluentis ex picea arbore q̄ immūda & grauis est odoris.

Nausi lucratur ausus cui nil famulatur.

Ho inthꝫ woger han inthꝫ vinder.

Ille lucratur nauſi.i.rem vilem & nullius precij vt ē nauſi.i.pellicula ꝯti nēs nucleum nucis: cui auſus.i.audacia nil famulatur.i.obſequitur: ga nemo ſine audacia res magnas facit.

Nictitet ⁊ cernat bene qui pꝛecioſa gubernat.
Han ſkal vel voge der gørſom ſkal gemme.
Is qui gubernat i.regit & cuſtodit precioſa.i.res magni precij: nictitet.i. frequenter niueat.i.contra ſomnum pugnans oc'los claudat & reſeret: & cernat.i.videat & circūſpiciat bene.i.diligenter.

Ni ſopoꝛ accedat phreneſi temulentia cedet.
En drucken man oc en galen dem ſkill icke vden en ſøffn at.
Temulentia.i.ebrietas & repletio temeti.i. vini boni: cedat phreneſi.i. mutabitur in phreneſim ni.i.niſi ſopor.i.ꝓfunda dormitio accedat. Re medium enim ebrietatis eſt ſomnus altus.

Nil oculus confert vim viſus qui mihi non fert.
Mig er ey gaffn aff det øge ieg ſeer icke met.
Oculus qui non fert.i.affert & pręſtat mihi vim viſus .i. poteſtatē viden di: nil.i.nihil confert.i.prodeſt mihi.

Nil ſuis ad roſtrum gemmā iuuat eſſe vel oſtrum.
Det er ey gaat at kaſte dyrebare ſtene faar ſwin.
Nil iuuat.i.delectat aut prodeſt: gemmā.i.lapillum precioſum vt mar= garitā: vel oſtrum.i.purpurā: eſſe ad.i.iuxta: roſtrum.i.os curuū & quo= dammodo roſtratum: ſuis.i.porci.

Non famis enſe perit qui care far ſibi querit.
Han dør icke ſom dyrt køber.
Is qui quęrit.i.acquirit & comparat ſibi far.i. frumentū vnde farinā faci= at & inde panē: care.i.magno precio: nō perit.i.nō ꝯficitur enſe.i.mucro ne famis. Vnde melius eſt pecuniam perire q̃ corpus.

Non catulo detur quotiens ſua cauda mouetur.
Giff ey hunden men halen røriſſ.
Non detur.ſ.bolus aut os aut alius cibus catulo.i.iuueni cani: ſup.to= tiens quotiens cauda ſua pro eius mouetur. Per quod innuit non eſſe dā dum omni petenti: niſi egeat & proſit quod dederis: quia ſi pueris quan= tum peterent daret illos deſtrueret. vnde addit.

Nec dabis infanti panem te ſepe roganti.
Oc giff ey barnid men det beder.

Nec dabis sæpe panem infanti roganti te sępe. bis construatur sæpe.

Non lapis arctatur musco qui sepe rotatur.
Den sten vorder icke mose grod som offte vendiss.
Lapis qui rotatur. i. circũuoluit & agitat sępe: nõ arctat. i. nõ obducit & cingitur: musco. i. situ & lanugine viridi.

Non opus est follo suspendere tympana collo.
Man taar ey henge klocke paa en skalk.
Nõ est opus suspendere follo. i. stulto: tympana. i. crepitacula tensa: nã tympanizo est idẽ qđ extẽdo: collo. i. ad collũ. follus ꝑ fatuo & stulto galli ce non latine dicit: vnde dixi auctorẽ versatum in gallia.

Non placet ex genere qui iacet in cinere.
Han tecktiss icke sin slect som ligger i asken.
Vir abiectus q̃ iacet in cinere. i. vilissima conditione vitæ: nõ placet ex ge nere. i. licet sit ex nobili & alta progenie.

Non iocus equatur hic ridet ꝛ hic lachrymatur.
Det er icke enss gammen at en leer oc en anden greder.
Iocus: melius diceret lusus: quia iocus est in verbis lusus in facto: nõ ęq̃- tur. i. non fit æquus & iustus: quia hic qui vim infert: ridet: & hic qui pa titur lachrymatur. i. flet.

Non vult scire satur quid ieiunus patiatur.
Den mette vil ey vide huor den hwngrue lider.
Nota sunt verba: sed epulonibus notanda.

Non pluuiam stillat nubes quecũq; vacillat.
Det worder ey alt til regn som mulner.
Non quęcunq; nubes vacillat. i. minatur casum: stillat. i. stillãdo demit- tit pluuiam: nec omnis qui minatur infert cladem.

Non sibi monstrigena conformia mactat hiena.
Eth trold kiwss icke et andet.
Hiena. Hiena. i. animal perniciosum effingens humanum fletum: vt homine3 in auxilium venientẽ necet: monstrigena. i. genita a monstro & gignens monstra: non mactat. i. non interficit conformia sibi. Sic latrones nõ no cent latronib⁹ sed insontibus. Leonũ feritas non petit leonem sed ouem.

Non. ita. prolixam poterunt consistere rixam.
Ney oc ia gøre lang trette.
Non. i. negatio: & ita. i. affirmatio: poterunt consistere. i. statuere rixam prolixam: quia si alter diceret semper non: & alter ita: aut sic: aut est: nõ

esset finis contentionis. Vnde Maro de est & non. Qualis vita hominum duo quam monosyllaba versant?

Non luteam fundam nisi puram mutuor vndam.
Ieg slar icke vd det skidne van før ieg fonger det rene.
Ego non fundā.i.nō effundā: vndā.i.aquā:luteam.i.cœnosa3 & impurā nisi mutuor.i.mutuo accipio vndā purā:hoc est nō est abijciēda res vti is licet non sit pura:donec habueris meliorem.

Non gerit atramen phantasmatis omne grauamen.
Det kiwff ey alt som sort er.
Non omne grauamen.i.onus gerit atramen.i.offuscationē,phātasmatis.i.sollicitæ cogitationis phantasiando:quia sunt quæda3 onera hilari animo portanda.

Non quo vacca redit curo:dum lac mihi cedit.
Ieg wurder ey hwort koen gonger fonger ieg melken.
Nō curo quo vacca redit:nam empta ad paratū & stabulū ɔsuetū si ppe est redire solet:dū.i.dummodo:lac cedit mihi.i.in visum meū venit.

Non infra dentes hominū sumus ora videntes.
Man kan ey se en anden lenger en til tenderne.
Nō sum⁹ videntes ora hominū infra dentes.i. magis inferi⁹ q̄ ad dētes vsq3: hoc est nō possumus videre q̄ in ore hoīs latent: vel in corde.

Non volat incolumis auis auctis non bene plumis.
Det er ont at flwe før man bliffuer fiedred.
Auis non volat incolumis.i.bene valens & vt decet: plumis non auctis i.nisi plumę creuerint & auctę prius fuerint:bene.i.multū & decenter. dicitur in eos q magna moliunt priusq̄ possint.

Non alacres nisus gerat omnis auis quasi nisus.
Alle fwle ere icke høge.
Non omnis auis,gerit nisus alacres.i.conatus strenuos & volatus:quasi.i.sicut nisus auis de genere accipitrū in quā Nisus rex megarensiu3 dicitur conuersus dolo scyllæ filię capillo fatali spoliatus. Nisus.

Non clangunt lituo tempore fata suo.
Døden bleff icke i baswne faar sig.
Fata.i.mortes vnicuiq3 statutę:nō clāgunt.i.nō faciūt clangorē: lituo.i. tuba incurua & clarisona:tpe suo.i.sui aduētus. Nā multis tacito mors venit atra pede.

Non interdictum sit verber post prius ictum.
Genslag er icke afflagt.

Verber.i.reuerberatio:nõ ſit interdictũ.i.vetita:poſt ictũ prius.ſ.factũ: quia vim vi repellere licet. Quid verber ſit ſupra dixi:ſed notabis in raro eſſe vſu nominatiuum caſum ſingularis numeri.

Non eſt vrbanus annulus anus anus.
Man gør ey god ring aff kerlinge artz.

Anus.i.podex ſeu foramen culi:anus.i.vetuſę:non eſt annulus.i.rotundus circulus ornamentũ digitorũ:vrbanus.i.decens habitantes vrbem hoc eſt ſpecioſus & honeſtus:ſed turpis & infamis.

Non eſt inniti cautum cum iudice liti.
Det er ey gaat ath dele met ſin dommere.

Inniti.i.viribus incũbere liti cum iudice:nõ eſt cautum.i.conſultum & caute factum:vt fere in ſingulis litteris dixit.

Non eſt expertum cetum fore ſepe repertum.
Der kommer icke hwert aar hwalff til lande.

Non eſt expertum.i.experientia negat:cetum.i.maximũ piſcẽ eſſe repertum.i.inuentũ ſæpe:quia maxima queꝗ; rariſſima ſunt.

Non vola claudatur vbi libro ſtirps ſociatur.
Man ſkall icke ſtringe hand mellem tre oc barck.

Sũt qui exponãt vocabulũ ſtips pro ſtipite:ſed nõ placet niſi legat ſtirps. Eſt ergo duplex ſententia:legendo ſtirps talis:vola.i.palma manus non claudat:vbi ſtirps.i.truncus nodoſus vt claua ſociat libro.j.cortici. hoc eſt ſiquis velit manu cõprehendere & concludere ingentem arborem,non queat. Si legat ſtips:talis:vola non claudatur:vbi ſtips.i.nummꝰ ſociatur libro.j.aut crumenę e cortice:aut libro volentis dare eleemoſynam.

Non eſt vrenda quecunqꝫ ſit hiſpida menda.
Man ſkal ey alt ſwide ſom laadet er.

Non quæcunqꝫ menda.i.macula corporis ſit hiſpida.i.piloſa & hirſuta eſt vrẽda.i.debet vri:quia natura obſcena membra vtriuſqꝫ ſexus & podicem pilo veſtit:quæ tamen vrenda non ſunt.

Non eſt maguderi tardanti fructificari.
Tro ey kaall diff ner at han voxer ſilde op.

Non eſt.ſ.datum a natura ſeu non contingit:maguderi.i.cauli & herbæ generi quod laſerpitiũ multi eſſe volunt:diciturqꝫ maguderis aut magudaris ſecunda longa apud Columellã:quo modo hic poni videtur ex concentu. Vidi Pariſijs herbã quã magudarim vocabant profunde in terrã defoſſam:& ferentẽ fructus rotundos:& rubicundos ſimillimos in colore & magnitudine rubro oui:ſuntqꝫ p̃coces:nõ igit contingit tardanti.i.

tarde satæ: fructificari.i. vt fiat ex ea bonus fructus.

Non comes inde putor propriis q panibus vtor.
Ieg er ey dog greffue at ieg eder store leffue.
Ego non putor.i.nō existimor: comes.i.socius itineris aut peregrinatio nis: inde.i.ex ea re: q vtor panibus proprijs: quia comitū cibus deberet esse communis.

Non superis ita des q calopedū base vadas.
Giff ey saa engle at dw gonger selff paa gengle.
Nō des superis.i.cælestibus: ita.i.tam multū: q vadas.i.ingrediaris ba se.i.fundamento calopedū.i.ligneorū pedū.i.calceamentorꝫ e ligno: aut base.i.fundamēto & stabilimento calopedū.i.fratrū lignea calceamenta portantium & summā paupertatē profitentiū & publice mendicantiuꝫ. Dixi alibi eo q more gallorum inter prolationem e & a non ponit discri men in gallia versatum: nam maguderi & fructificari. des & vadas eodē modo proferre videtur ex studio inani concētus faciundi.

Non est securum furari de lare furum.
Der er ont at stiele som bonden er selff tyff.
Nō est securū pro eo qđ est tutū: furari de lare.i.domo furum vt patuit.

Non nate pecudi rude fit bostaria cudi.
Onth er at baase faa wfød fee.
Bostaria.i.bouis stabula cudi.i.fabricari, pecudi nō nate fit rude.i.stulte & inconsulte. Aut non fit rude: bostaria rudi pecudi natæ.

Non spe frustratur qui munere primitiatur.
Han møster icke som først fonger.
Ille qui primitiatur.i.donatur in principio tanq̄ primitijs munere: non frustrat spe.s.de munere dando: quā tamē nō habet sed scientiā.

Notitia didimus est suspitione lupinus.
Viff er wkend mand.
Didimus.i.dubius & incertus: vt in principio fuit de resurrectiōe domi nica Tomas qui vocatur didimus: notitia.i.in cognoscēdo est lupin⁹.i. durus & lupo similis opinione.i.qui parū scit difficulter credit.

Non masticetur prius esus q̄ tibi detur.
Smacke icke før dw faar.
Esus id est cibus non masticetur id est mandatur aut mordeatur: nescio an quisq̄ doctus mastico dixerit præsertim secunda longa: prius q̄ detur tibi. quia sunt tam auidi ad cibum vt dentes moueant prius q̄ habeant.

Item dicitur in eos qui nondum accepta vendunt & ita comedunt prius q̄ habeant.

Nec gula vescetur viuo quod eundo mouetur.
Oc eed ey den der leffuendiss gaar.
Similiter nec gula vescetur viuo.s.animali: q̄d mouetur eundo: vt faciūt qui equos & boues vendunt & precio obsonia emunt: & ita dicunt eos viuos manducare.

Nos caries lenit: plaga dolendo venit.
Hwer er sin synd sød oc sit anger let.
Caries.i.corruptio & putrefactio lenit.i.placat & mitigat nos: hoc est q̄n cariem patimur in nobis aut nostris debem⁹ leniter ferre: quia plaga dolendo venit. Quāto em̄ de re irrecuperabili & inemēdabili plus dolemus tanto plaga maior est.

Noctua dum plangit nautis opus ad freta frangit.
Vgle børn formen en mand at vere till skibss før.
Dum noctua.i.auis noctu volare solita athenis frequens: plangit.i.queritur: nam auium cantus querelā fere dicitur: frangit.i.interrūpit nautis opus ad freta.i.maria: quia putant mali esse augurij.

Nullus membra fricet vbi pruritus nihili stet.
Man skal ey klaa der som mand ey klør.
Nullus fricet.i.scabat mēbra: vbi.i.in quib⁹: prurit⁹.i.instigatio ad scabendum: stet.i.constet: nihili.i.nullo pretio.

Nummū pincerne solues pro vase falerni.
Ho som tager ved begere han tager ved gield.
Tu solues pincernę.i.propinatori potus: nūmū pro vase falerni.i.vt tibi trahat ceruisiā positā super fecē vini falerni quod vigorosum est & ceruisiam meliorem facit.

Nutus vt est diuus fit decrepitus rediuiuus.
Ee leffuer gammild men gud vill.
Decrepitus.i.summo senio confectus: fit rediuiuus.i.diu viuens quasi iterum viuens ab infirmitate liberatus: vt est nutus diuus.i.volūtas diuina.i.tam diu viuit q̄ diu deus vult.

Nunq̄z mulctrale sub base fraudis ale.
Dw skalt ey haffue hwlk vnder bulk.
Nunq̄ ale.i.foue aut cōserua: mulctrale.i.vas in quod mulget q̄d etiam mulctra dicit vt in bucolicis Bis venit ad mulctrā: sub base.i.fundamēto fraudis: vt faciūt fascinatores: q lac subducūt per incantamenta.

Non erit ingratus ludus si sit moderatus.
Legen er god em maden er med.
Monet moderate ludendū: aliter eñ nō esset vere ludus.

Nugigeri gesta mulier demergit honesta.
Squalder druckner faar god koniss dør.
Mulier honesta: demergit. i. suppmit & occulit: gesta. i. facta & dicta: nugigeri. i. viri mendacis quia nō adhibet fidem eis.

Nulla cani veteri poterūt vrbana doceri.
Der ont at kende gammild hund at kwre.
Nulla vrbana. i. nullæ vrbanitates: & nulli gestus honesti: poterūt doceri. i. tradi (est aūt ineptus sermo: suntq₃ alterius auctoris hęc & sequentia verba) cani veteri. Quia vt dici solet. Colla canu₃ veterum nequeunt attingere lora.

Nymphis tendicula fit acuta nouacula prona.
Hwass rageknisf: daar er mangen viss.
Nouacula acuta. i. culter rasorius bene incidens: fit tendicula. i. captura prona. i. parata & procliuis: nymphis. i. puellis speciosis: cuius causam qui potest diuinet.

Ni labat ignarus fit monstriparus sibi nullus.
Ingen gør sig til trold vden han er daare.
Nullus fit monstriparus. i. pariens monstra: sibi. i. ad voluntatē suam: ni. i. nisi ipe ignarus. i. stultus: labat. i. cadat ab vsu rationis: q̄ semp pulchra quantū potest producit.

Noctua cesa petra vel cedens sauciat ossa.
Sla vgle ved sten oc sten ved vgle da gelder det vglesf ben.
Noctua. i. auis inauspicata noctu volans: cęsa. i. percussa: petra. i. saxo: vel cędens. i. percutiens petrā: sauciat. i. lędit & vulnerat ossa. s. sua.

Non sapit incolumis triste quod eger habet.
Den helbrede ved icke hwad den siwge lider.
Incolumis. i. sanus & saluus: nō sapit. i. gustat non scit perfecte: triste. i. illud triste & malū: quod æger. i. ęgrotans habet.

Non capit aspectus quod quilibet est habiturus.
Det er ey alt for øye som eyess skall.
Aspectus. i. facies exterior non capit. i. non est capax vt indicet: id q̄d quilibet est habiturus: quia faciei tristi contingunt sępe læta.

Non cum feſtuca ſiluestris leditur vrſa.
Det er ey gaat at ſtinge biørn met ſkeff.
Vrſa ſiluestris non lędit.ſ.ab homine cum feſtuca.i.eo q cum veſtuca venit ad cõflictum:aliter male poneretur cum.

Non inopis votum ſubit vnica ſummula totum.
Fattig mands ting kommer icke all ſendʒ till byeſſ.
Summula.i.ſumma ſupputatio:vnica.i.ſola:nõ ſubit.i.nõ explicat:totum votũ inopis:quia cum varijs indigeat varia vota facit.

Non fore cornicines venatores reor omnes.
Der ere icke alle iegere ſom bleſe i horn.
Ego reor.i.opinor:non omnes cornicines.i.canẽtes in cornu:fore.i.eſſe venatores:quia etiam in bello cornicines ſunt.

Non quod candet ebur:nec quod rubet omne fit aurũ.
Det er icke alt guld ſom glor:oc icke alt ſilff been ſom ſkin.
Non omne qđ candet.i.candidum eſt vt ebnr:fit ebur.i.dẽs elephantin* nec omne quod rubet.i.rubrum & fuluũ eſt:fit aurum.

Non prebet vetule vacca lac ad volupe.
Koen giffuer icke milk men kone vill.
Vacca non prębet vetulę.ſ.mulieri:lac ad volupe.i.voluntatem.

Non ſunt equanimes in rebus alacribus omnes.
De ere icke alle der kede kwnde miſte.
Non oẽs ſunt æquanimes.i.eiuſdẽ animi:in rebus alacribus.i.lætis.

Non ſtet vas plenum:fugias cum virgine ſomnum.
Dw ſkalt ey ſette fult kar eller ſoffue met iomfiwer.
Monet vitandas eſſe occaſiones peccati:quia difficile eſt videre vas plenum boni potus & non bibere:aut cubare cum virgine & eam non attingere. Igitur vas.i.poculum non ſtet plenũ.ſ.ante te:& fugias ſomnuʒ.i.dormitionem cum virgine.i.iuuencula.

Non eleos burſam minuit nec miſſa dietam.
Almiſſe tømer icke pung oc ey helder meſſe dagferd.
Eleos.i.elemoſyna aut miſeratio ſeu miſericordia:nõ eſt autẽ legendum eloys:ſed eleos:non minuit.i.euacuat burſam:hoc eſt nõ facit pauperiorẽ:nec miſſa.i.auditio diuini officij:minuit dietã.i.opus diurnuʒ:quia plus ſępe operant̃ qui celebrationi corporis dñici interſunt q̃ qui abſunt.

Ni se mente virum gerit: aufert nemo tropheum.
Ingen vinder vden han vaager.
Nemo aufert.i.asportat: tropheũ.i.signũ victorię qđ solet suspēdi ad arbores aut portas: ni.i.nisi: gerit se virũ mente.i.animo.

Non est in mundo diues qui dicit abundo.
Ingen i verden siger sig ath vere rig.
Diues nõ est in mundo q dicit abundo: quia quilibet vult plura habere: qđ nõ est de omnib⁹ verũ: vñ legi posset sic: quin dicat: quia nisi dicat ego abundo.i.nisi cõtentus sit ijs q̃ habet nemo est diues: vñ illud Tolle que relas pauper em̃ non est cui rerum sufficit vsus.

Non est in canibus q̄ moriatur equus.
Det stonder icke til hwnde ath horss dø.
Non.s.culpa est in canibus q̄ equus moriatur: & ideo stulti sunt dñi qui irati dum equus est mortuus canes cædunt.

De littera O.



Obstat q̃ iubari dinoscitur infatuari.
Han er wviss som stonder i sit eget lywss.
Is qui obstat iubari.i.splendori solis: & vult impedire ne oriatur sup bonos & malos: & ne luceat in aquis: dinoscit.i.de multis noscit: infatuari.i.fatuus esse.

Obuia verba polit mulier que cedere nolit.
Der kone naa meget faare bere som icke vill vige.
Mulier obstinata & litigiosa: q̃ nolit cedere.s.illi cũ quo aut cũ qua cõtendit: polit.i.comit: verbera obuia.i.quę contra obijciat.

Ob penus effetum fert proma cor irrequietum.
Tam keldere gør en galen redeswend.
Proma.i.q̃ promit cibos: fert cor irrequietũ.i.sollicitũ: ob penus.i.repositionē cibi in annũ: effœtũ.i.exhaustum.

Obliquum phthalmum digne lateat decus almum.
Ont øge skulde aldrig gaat see.
Decus.i.ornamentũ: almũ.i.sanctũ & diuinũ ab aelēdo dictuʒ: lateat.i.fugiat: digne.i.merito: phthalmũ.i.oculum: obliquũ.i.limum & extrāsuerso videntem: vt superbi & indignati faciunt.

Obsequitur denti superambula lingua dolenti.
Twnge ligger aa tende spaust.

Si quis habet dolorẽ in vno dente linguã deponere nescit ab illo: si extraxit dentem linguã habet in foramine: quia occurrit quantum potest indigentiæ vicini membri. Lingua supambula. i. quæ ambulat sup dentes: obsequitur. i. succurrit denti dolenti.

Ob questum tenerum paucis fit copia rerum.
Aff liden swig vorder mand ey rig.
Copia rerũ. i. abundantia diuitiarũ fit paucis: ob questũ. i. lucrũ tenerũ: quia qui parum acquirit non ditescit.

Ob drachmas centũ nõ linquo spei monimentum.
Ieg giffuer icke mit hob faar hwndrede marck.
Ego non linquo. i. non desero: nõ abijcio: monimentũ. i. admonitionẽ spei. s. melius habẽdi: ob centũ drachmas. i. certi pretij nũmos aut marchas: hoc est licet centũ drachmas amisero: nõ desinã tñ melius sperare: aut nõ darem id quod spero pro centũ drachmis. Nemo em̃ est tam pauper quin speret aut optet saltem centũ drachmas.

Ocia ducentem decet amplecti quid agendum.
Orkeløss skall ee noget paa sla.
Vitandũ est ociũ: quia decet ducentem ocia amplecti quid. i. aliquid agẽdum. i. qđ debeat agi. Quia indignius nihil est homine q̃ nihil agere: est em̃ homo natus ad laborem sicut auis ad volatum.

Oscitat ad tales res quas prenoscitat ales.
Der siwnger hwer fwll aff sit neb.
Ales. i. quælibet auis: oscitat. i. aperit os: ad canendũ: dixi supra melius legi oscinit. i. ore canit ad tales res: quas. i. quales prẽnoscitat. i. prẽscit. i. quælibet canit scd̃m qđ didicit: aut scd̃m qđ naturali prẽsagio nouit.

Omni Balena non est anno data strena.
Der kommer ey hwert aar hwalff til lande.
Balena. i. ingentissimus piscis non est data strena. i. in strenam & xeniũ: hoc est mun⁹ quod solet dari in principio noui anni: omni anno: & ideo qui semel habuit magnuʒ donum pro strenis non debet sperare se id omni anno habiturum.

Omnis amat care proprias merces falerare.
Hwer mand loffuer sin vrning.
Omnis. s. negociator aut mercator: amat. i. affectat: studet falerare aut phalerare. i. exornare: sunt autem phaleræ proprie ornatus equorum: & accipiuntur pro superfluo cultu: vt phalerẽ verborum: merces proprias care. i. diligenter & sicut decet rem caram.

Omnis homo ſtatus quit faber eſſe ſui.
Hwer mand er ſin egen ſmed.
¶ Omnis homo quit.i.poteſt eſſe faber.i.compoſitor ſtatus ſui.i.quiſqꝫ poteſt ſibi facere talem ſtatum qualem vult: dummodo non maiorem velit q̃ aſſequi poſſit.

Optimus altrici ſolet infans hiſtrio dici.
Barn er moderenſſ beſte legere.
¶ Infans alūnus qui alitur ſolet dici ſup.eſſe:hiſtrio.i.mimꝰ:ioculator: luſor:optimus i.gratiſſimus altrici.ſ.ſuę:quia altrix ſeu nutrix maiorē accipit voluptatē ex geſtibus infantis q̃ cuiuſcunqꝫ mimi.

Ops tunc frigeſcit dum ſus torpore pigreſcit.
Iorden er altijd frøſſen faar vtreffne ſwin.
¶ Ops.i terra:frigeſcit.i.fit aut videtur frigida tunc ſcriptum inueni ſibi:ſed non eſt ſeruata reciprocatio:eo ꝙ non refertur ad terram ſeu opē ſed ad ſuē:ideo melius viſum eſt mutare q̃ exemplum malæ latinitatis dare:dum ſus.i.porcus pigreſcit torpore.i.pigritia. Monet ergo vt ſi=mus operoſi.quia operantes non curant immo nō ſentiunt frigora. nec terra percipitur frigida niſi deſidibus & inertibus. In multis enim vbi de ſuibus aut canibus loquitur: homines intelligit. Ea eīm eſt natura pa Parabolæ rabolæ:vt aliud dicat:aliud intelligendum det:ſic tamen vt non longe natura. ſit quærenda ſimilitudo.

Opportuna ſenis ſeries mandatur habenis.
Lad den gamble raade.
¶ Opus eſt maxime ſenibus vti dieta & bono regimine:quia exceſſus ſenilis ætatis ſuperat fortitudo conſtitutionis ſeu complexionis. In ſe=nibus autem quia defecta eſt natura:vel minimus exceſſus grauiter no cet. Opportunus.a.um. dicitur ab ob & portus & eſt quod fit ſuo loco Opportunꝰ & tempore:quaſi ob portum aſſequendum:& ſcribitur duplici pp:quia producit primam:nec venit ab oportet cuius prima eſt breuis. Series dicitur a ſerendo & eſt ordo artificialis.ſeries igitur:id debitꝰ ordo & mē ſura in victu & labore:mandatur opportuna:id eſt tempore opportu=no & conuenienti:habenis:id eſt gubernaculis ſenis:id eſt hominis an=noſi. ¶ Poteſt & alter eſſe ſenſus:vt ſeries reipu. aut iuuenum mande=tur opportuna habenis.i.retinaculis & repreſſionibus ſenis. Quia iu=uenes ſunt nimis ardentes:ſenes autem moderati. A ſene ſumēdum eſt conſilium:a iuuene auxilium.

Ora ſaginata facit eſſe manus maculata.
Den wrene hond gør den fede mwnd.

¶Manus maculata.i.contaminata pingui obsonio: vt carne porcina: aut pisce pingui: facit ora esse saginata.i. pinguia: quia vix possumus cauere quin mittamus manum ad os: verum sagina non est vnctio aut litio exterior sed pinguefactio interior: & ideo si quis manum pinguem apponit ad os non saginat ipsum proprie sed sordidat.

Ora quibus tradit deus escas omnibus addit.

Gud giffuer dem alle mad som han giffuer mwnd.

¶Vt prius dictum est: deus nunq̄ fecit os: quin fecerit cibum pro illo: Vnde citaui illud Sedulij. Non trepidate homines vitæ dator & dator escæ est. Qui dat vitam: dat etiam escam: quia deus addit omnibus quibus tradit ora: escas.i.nutrimenta.

Orbis enigma perit gratia plastis erit.

Alt forgonger wden gudz naade.

¶Sententia est moralis & bona: sed metrum multum vitiosum: quia ænigma habet primam longam diphthongo: & plastes non est tertiæ declinationis sed primæ: facit enim huius plastæ. & est plastes formator qui dat formas rerum: plastus autem.i. formatus: vnde protoplastus Adam: quia primus formatus de luto terræ. Aenigma.i. subtilis quæstio: hoc est omnis subtilitas: orbis.i.mundi: hoc est eorum qui sunt in mundo: accipiendo vt frequenter facit locatos pro loco: perit: quia mundus perit & omnis gloria eius: gratia plastis.i.dei qui omnia creauit erit scilicet in perpetuum.

Plastes. Plastus.

Orbis habet carum fructum rerum propriarum.

Verden er vilge drw.

¶Orbis.i.quilibet habitans orbē.i.omnis homo: habet carum.i.amat & magni facit: fructum rerum propriarum. dulcius enim sapit agricolæ & etiam ciui pomum collectum ex propria arbore, q̄ ex aliena. Sic de vino & de frumento. Et similiter de partis proprio labore: quia quæ nos acquisiuimus sunt nobis cariora q̄ quæ p hæreditariam successionē obtinuimus. quia. Gaudet quisq͙ suis.

Ortus vt angelicus euo sathanizat iniquus.

Vng engild vorder gerne gamild dieffuild.

¶Est vetus prouerbium: iuuenis angelus vetus fit diabolus: quia pueri sepe in deterius mores mutant. Sed non est vniuersale: nec est fides adhibenda: immo bonum est homini q͙ ab adolescentia portauerit iugum domini: & gaudendum est dum pueri sint deo deuoti: sed non est reijciēda cura aut disciplina. Sathanizo deberet habere secūdam longam sicut titan titanis. Ortus.i.natus puer: vt angelicus.i.totus deo addictus: sathanizat.i.imitatur mores diabolicos: iniquus æuo.i. p ætatem.

Organa visiua sunt ceco plus dolitiua.
Hwad kerer den blinge vden at han kan icke see.
¶ Organa.i.instrumenta visiua.i.quibus alij vident(vt sunt oculi: sed proprium instrumentum videndi est humidum cristallinum in oculis quo carent ceci nisi sit abstrusum & coopertum squamis vt olim in Paulo apostolo)sunt cæco plus dolitiua.i.causa maioris doloris: quia non potest eis vti.

Ore macet stlopus post ciniflonis opus.
Swag kind voxer effter tand senff id.
Stlopus.i.sonitus ex inflatione buccarũ macet.i.extenuatur deficit sup. in ore post opus.i.operationem ciniflonis.i.flantis in cinerem. Sũt autẽ pprie cinifiones sectatores matronarum & domicellaruz qa calamistrũ .i.ferreũ instrumentũ in cinere sufflando temperate calefaciunt ad crispã dos capillos. Stlopus autem non stilopus nec stiopus legetur. vt in Persio. Nec stlopo tumidas intendis rumpere buccas. Sunt tamẽ qui sclop⁹ scribant: & est sonus ex inflatione oris factus. Ciniflo. Stlopus. Sclopus.

Os dulcedo rigat tamen vr famis exta fatigat.
Det er ey alt i maffue gaad i mund er søt.
¶ Si quis mellito cibo aut potu modico os linat: tũc dulcedo rigat.i.imbuit & madefacit os: tamen vr.i.ardor aut ignis famis fatigat exta.i.intestina maiora. Vr chaldeorum interpretatur ab expositoribus geneseos pro igne: vnde hic locus sumptus est.

Os reficit cena nũmisma gerente crumena.
Naar ieg haffuer pẽnige i min pung da haffuer ieg mad i min mwnd.
¶ Cœna.i.cibus in cœna.i.cõuictu vespertino: reficit os.s.comedentis crumena.i.marsupio gerẽte.i.dum gerit nũmisma.i.nũmũ: sed docui prius numisma scribendum prima breui. Sensus est qui multũ habet pecuniæ potest opipare cœnare.

Os mende soluit qui sepe susurria voluit.
Ho meget hwisker han meget lyuer.
¶ Is qui voluit.i.agitat & loquitur sępe susurria.i.detractiones quę fiũt susurrando & occulto mur mure instillando in aurem: dicitur autez consuetius susurrus: soluit.i.aperit: os.s.suum: mende.i.ad mendam.i.vitium.s.mendacij aut detractionis. Susurrus.

Ossa canis speret perne licet hec procul heret.
Fløcket henger icke saa høyt at hwnden ey venter sig bened.
¶ Canis speret ossa perne.i.pedis porcini cum carne: licet hec.s.perna hęret.i.pendet suspensa procul.s.a cane.i.alte.

Oſſe caret gloſſa quandoqꝫ tamen terit oſſa.
Twngen er ey ben dog bryder hwn ſiwndem ben.
Gloſſa.i.lingua:& eſt græca vox:caret oſſe:& tamen terit.i. cõterit & deſtruit quandoqꝫ oſſa.ſ.per detractionem.

Ob mnas centenas ſpes non truncabo ſerenas.
Ieg giffuer icke mit hob for hundrede marck.
¶ Ego non truncabo.i.nõ præcidam & diminuam ſpes ſerenas: vt ſunt de corona virginitatis vel ſeruatę fidei:ob.i.propter mnas.i.minas(ſic em̃ latini dicunt).i.libras centenas.i.centum.

Optat oeſtra magis ꝙ ferre flagella iuuenca.
Bedre er koen at biſſe for brimſſ en faar kølffue hwg.
¶ Iuuenca.i.iunior vacca:optat magis ferre.i.pati flagella.i.percuti flagellis:q̃ oeſtra.i.q̃ pati tormenta oeſtrorum.hoc eſt aſillorum ſeu tabanorum:quæ ſunt muſcæ acerrime pungentes:naſcunturqꝫ in extremis fauis: maiores q̃ apes ſũt. Sane bis peccauit auctor in vno vocabulo: primo quia putauit trium ſyllabarum:cum non ſit niſi duarum. nam œ diphthongus eſt. Secundo ꝙ putauit pro aſillo eſſe neutri generis
Oeſtrum. cum ſit maſculini. Vnde œſtrum eſt furor:& a Stathio accipitur pro furore poetico:dicente. Tempus erit cum laurigero tua fortior œſtro Fa-
Oeſtros. cta canam. Oeſtros eſt aſillus: id eſt tabanus dictus ꝙ exagit et apes:& perſequatur boues.

Os diuerticula capit iratum numeroſa.
Mange ere vraaer i wred mandz hw.
¶ Os iratum capit numeroſa.i.plurima diuerticula.i.torſiones:tremẽdo enim vertit ſe nunc huc nunc illuc.

Os mordente cane dentat natura catellum.
Ee voxer racke, tand men gãmild hwnd bider ben.
¶ Cane.ſ.grauida mordente.i.quando mordet & comedit os:natura dẽtat.i.armat dentibus catellum.i.fœtum in vtero:conuertendo materiã oſſis in dentes catellorum. Sunt autem verſus additij.

Os fit mox patulum cubitus dum contrahit arcum.
Naar armen krøger da gaber mwnden.
¶ Contigit ſæpe ꝙ dũ cubitus.i.lacertus aut brachium contrahit arcũ ad ſagittandum:os trahentis fit mox patulum.i.apertum.

Ouum galline fert pauper vt auferat auce.
Fattig kone giffuer høne eg ath hwn vil haffue gaaſe eeg igen.

¶Pauper fert.s.ad diuitē dono:ouū gallinæ: vt auferat ouū aucę.h oc ē siquid dat inescat.i.captat plus habere.dixi alibi Aucā nō dici latine: qa anser vtrūq₃ sexu₃ complectitur.vnde est illud. Anser erat quondam fœcundo germine fœta.

Omnes res gestas faciunt duo: velle: potestas.
Vilge oc mact gøre alle gerninger.
¶Duo.s.velle.i.voluntas & potestas faciūt oēs res gestas: immo vt bñ oia fiant opus est trinitate.nā nō sat is est velle & posse:sed opus est scire: diues enim potest ędificare domum: & vult forsan sed nescit: ædificator scit & vult:sed nō potest:quādo pauper est. diues ædificator qui sat domuum habet scit & potest sed non vult:ideoq₃ ad opus tria sunt necessaria quæ sanctissimæ trinitati attribuuntur. Potentia patri: sapientia filio: & volūtas bona spiritui sancto. Vnde potest legi versiculus Omnes res gestas faciunt ars, velle, potestas.

Omnibus vrtica palpantibus est inimica.
Nellde brender saa snart ven som rwen.
¶Vrtica.i.herba aspera ē vrens.i.inimica.i.nocens oībus palpantib⁹.

De litera P.



Pacta manus videas cui des intrando choreas.
Gonger dw i dant₃ da se huem dw tager om hand.
¶Tu intrando.i.qñ vis primum intrare choreas.i.coronā & cœtū saltantiū ad sonum musicum: videas.i.dispicias:cui des pacta manus.i.cui coniungas manus quasi pactum faciendo.Quod dicitur:quia in multis regionibus est magna emulatio in choreis:& inuidia dum maiori iungit manus:aut alterius amate.

Pace pecus lene septem preit insita pene.
Bedre er en ko m₃ ro en siw m₃ wro.
¶Pecus lene.i.mite:pace.i.per pacem:pręit.i.pręcedit in valore: septe₃ sup.pecora:insita.i.subiecta pœnæ.s.inferendæ.aut legatur incita.i. cōmota pene.i.virgo libidinosa.

Pallida signa genis causat mens sautia penis.
Sørgende hw gør blege kinder.
¶Mens saucia.i.læsa:penis.i.doloribus:causat.i.generat:quod meli⁹ diceret:quia causo non dicitur in ea significatione:sed causor in alia: ge=

nis.i.maxillis:cum etiam aliud sint:signa pallida.

Palmam palma piet:illota vel vtraqз fiet.
Hondskall anden to eller baade vrene bliffue.
¶Palma.i.manus vna:piet.i.purget & lauet:palmã.i.manũ alteram vel vtraqз.s.manus fiet.i.manebit illota.i.non lota.

Nothus. **Pande benigna notho:tibi nil reddet pete voto.**
Elsk en skalk oc bed til gud han løner dig icke.
Pande.i.aperi:ostende:notho.i.illegitimo toro procreato(Est aũt græca vox:nec habemus qua latine dicamus:vt ait Seruius: vulgo dicitur bastardus aut bancardus)benigna.i. signa & munera beniuolẽtię: & pete sup.ab eo similia:ipse nil reddet tibi voto.i.ad votum tuum.

Panis inops prolis locuples est incola molis.
Det er nød at haffue børn oc icke brød.
¶Incola molis.i.mõtis saxosi:est inops panis:sed locuples.i.diues prolis:quia cũ parum vacent sationi monticolę proli operam dant. Sunt qui molis.i.ponderis & sarcine dicũt:eo ꝙ sarcinas fert.

Pandox ientatur vt pransio pulchra sequatur.
Faar aade gør faffuer effter aade.
¶Pandox.i.gulosus:quasi pandẽs os aut totus os:vocabulum fictum ad placitum auctoris:ientatur.i. cibum capit ante prandium: vt pransio pulchra sequatur.i.vt adhuc melius prandeat.

Par comes esse pari consuescit sic et auari.
Ee.søgiss sellige sãmen ride nidinge.
¶Par.i.similis & æqualis solet esse comes.i.socius in itinere pari.i. coęquali & consimili suo:sic & auari solent esse comites:quia similis similẽ sibi quærit.

Par fore malo mei ꝙ̃ regis progeniei.
Bedre er at vere kønlig en kongelig.
¶Ego malo.i.magis volo:esse par.i.ęqualis:pgeniei mei.i.q̃ me progenuit:vt sit primitiuum passiue captum sicut capi debet:q̃ progeniei regis. Vnde dicuntur degeneres qui a suo:non a regis genere degenerant.i. minus digna faciunt.

Pertica quem cedit ductori mannus obedit.
Stang kender hest at drage.
¶Mannus.i.equus quem pertica.i.virga longa(non scribitur autẽ partica:sed auctor nescit discrimen vocis inter a & e)cędit.i.percutit: obedit

.i.obtemperat:ductori.s.suo.

Pascatur macidus cui pinguis abest palefridus.
Han skall føde mager hest som icke haffuer feder.
¶Macidus.i.macer equus pascatur sup.ab eo: cui palefridus.i.equus pinguis abest.i.deest. Palefridus aut palefredus ab auctore accipitur ꝑ equo qui frendit.i.frangit paleam: aut quem pales dea pabulorum (non pallas vt quidam somniant) in custodia habet.

Passim vim demus vt opem fisco cumulemus.
Hwer skall vere sig selff kerest.
¶Demus vim.i.diligentiam operam aut violentiam passim.i.quasi per singulos passus: vt cumulem⁹.i.cumulatim afferamus: fisco.i.ærario publico: opē.i.auxiliū & facultatē: & ē dictū q̃storis aut milit⁊ regij.

Patres preconor iure deo sit honor.
Fader oc moder ere gode dog er gud bedre.
¶O patres ego preconor.i.more p̄conis p̄dico: honor sit iure deo.

Pauper stultizat lasciuia cui modulizat.
Fattig mandz kede haffuer mange wlede.
¶Pauper cui lasciuia modulizat.i.dulciter canit & blanditur: stultizat.i.imitatur stultos: quia nō deberet capi illecebris.

Pauperie miserum decet esse peripsima rerum.
Fattig mandz forde ere alle økende.
¶Decet miserum pauperie.i.propter pauperiem.i.damnum vel paupertatem (significat enim pauperies damnum: vt in iure ciuili. Si quadrupes pauperiē fecisse dicatur) esse.i.manducare ab edo es est: peripsima.i.purgamina & corticem rerum. Iterū peccat in penultima. Pauperies.

Pausa morosa tori modicum dapis impetrat ori.
Ho lenge ligger paa sin bed han fonger lit faar sitmeb.
¶Pausa.i.requies: morosa.i.multę morę hoc est prolixa tori.i.lecti: impetrat.i.acquirit ori modicū dapis.i.magnifici cibi.

Paucis fortuna fauet: est mors omnibus vna.
Faa haffue løcke oc alle haffue døden.
¶Bona est sententia: omnes vitam auspicamur ab lachrymis & terminamus morte: & in hoc nō est discrimen: sed in medio vitę: qa fortuna fauet paucis: & mors est omnibus vna. Vnde Ouidius. Serius aut citius omnes properamus eodem. Vnde alius. Tollimur e mundo fatis vrgētibus omnes: Et trahimur quo nos vita peracta vocat.

Pax non est tanta quin lesus habet nocumenta:
Freden er ey saa god at ho skaden fonger han beholder hãnem ey.
¶ Sicut supra dixit melius esse vas manere integruz q̃ auro refici: sic me lius est seruare pacem q̃ facere: quia pax non est tanta. i. tanti boni: quin lesus habet. i. retinet nocumenta. i. damna.

Pauper abit quorsum sequitur sua mantica dorsum.
Ee haffuer fattig mand bo paa bage.
¶ Quorsum. i. quoquo versum pauper abit: mantica sua pro eius: seqt̃ dorsum sup. eius. Si dicatur sic. Pauper abit: sup. dorsum: quorsum sua mantica sequitur dorsum: bona erit reciprocatio.

Pelle salit plena puer et non veste serena.
Ee leger barn aff fuld bug oc ey aff fagre kleder.
¶ Puer salit. i. saltat prę gaudio pelle plena. i. qñ habet pellẽ ventris ple nã: & nõ salit: veste serena. i. quando habet pulchram vestem.

Pelles agnine venales sunt vt ouine.
Der selgiff saa mange lom skind som faar skind.
¶ Pelles agninę. i. detractę: sunt. i. reperiuntur vænales vt ouinę. i. tot quot maiorũ ouiũ: quod de vitulis etiam sic dicitur. Tot fora terga boũ quod habẽt pelles vitulorũ. Per quod innuitur tot iuuenes mori quot senes: immo longe plures. Quis nonnulli ad ista respondeant iuuenes occidi veteres sponte mori: sed id in homine locum non habet: cum ta= men pauci ad medium legitimæ ætatis perueniant.

Pellex liuore fertur iniqua fore.
Onder er hordkouiff wrede.
¶ Pellex. i. concubina viri habentis legitimam vxorem quã e lecto suo pellit: fertur fore: pro esse: iniqua: liuore. i. per inuidiam.

Personis binis pudor est tonsus male crinis:
Ilde skaared haar er twende mandz skam.
¶ Crinis. i. capillus male tonsus: est pudor. i. pudori: binis. i. simul dua bus personis. s. tonsori & tonso.

Perfidus et fidus non connectant bene fedus.
Den tro oc den vutro kwnde ilde till sãmen.
Perfidus. ¶ Perfidus. i. qui peruertit fidem: & fidus. i. cui est fidendum (nam perfi= dus venit a per & fides: & fidus a fido: ideo fi in perfidus corripitur: in fi= dus & infidus producitur) non connectant. i. non paciscantur: bene. i. cõ uenienter fœdus. i. pactum societatis & amicitiæ.

Per pompam phalere quit equo caper equiualere.
Man maa saa klede en bwck at han er saa god som en heest.
¶ Caper.i.maritus caprarũ hircus aut ppriè castratus caper a capien=do dictus:quit.i.valet æquiualere.i.æqualis valoris esse equo p pompã phaleræ.i.ornat⁹ equi:hoc est tam pōpose potest instrui caper vt equus:sed non habet easdem vires.

Persusum plene vas leuitate tene.
Man skall vaarlige bere fult kar.
¶ Tene.s.dum portas:vas persusum.i.cui aliquid pfecte infusum est plene.i.vsq; ad plenitudinẽ:sup.cum leuitate.i.agilitate:si versus pate=retur sententia clarior esset legendo lenitate.

Perdita narrantur aule lucra ni repetantur.
Der er fortabet man till hoffue laerer.
¶ Lucra aulæ.i.facta in domib⁹ regũ & principum:narrantur.i.dicunt perdita.s.postq̃ quis aulã relīqt:ni.i.nisi repetãtur.s.ab eo qui lucrat⁹ est ea:quia pñtibus non absentibus bene faciunt.

Peius alit genimen||sine catto|vel||cane limen.
Ho som icke føder hwnd eller kat han føder verre diwr.
¶ Limen.i.dom⁹ capiẽdo a pte totũ:sine catto vel cane:alit peius geni=mẽ.i.ppaginẽ & generationẽ eius:q̃ si cattum et canem aleret.

Pes gradiens crescit cornix residendo famescit.
Ee gror gongendiss sod ee swelter sidende krage.
¶ Pes gradiens.i.animal incedens ad victum acquirendum pedib⁹ cre=scit:sed cornix.i.q̃libet auis famescit residendo.i.ociose sedendo.

Pes sic tendatur vt lodex transgr ediatur.
Reck saa foden vd at skind tecket recker offuer.
¶ Pes tendatur.i.extendat sic vt lodex:melius diceretur lodix transgre=diatur.i.vlterius extendatur.Hoc est redditus sit maior sumptu.

Pestis adest propere solet at deserp ere sere.
Siwgen løber til oc kryber fra.
¶ Pestis.i.quæuis clades & pnicies.adest.i.aduenit:ppere.i.pperanter & cito:at.i.sed solet deserpere.i.serpendo decedere:sere.i.tarde.

Pestis liuoris primeuis cepit ab horis.
Awend riff aarle.
¶ Pestis.i.pernicies malum & iniquitas liuoris.i.inuidiæ cœpit ab ho ris primęuis.i.ab initio mundi,Quia inui dia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.

Petra madere queat plebs vbi multa screat.
Den sten worder woed som hwer mand spøtter paa.
¶ Sentẽtia est prius habita: nã hoc videtur auctor summopere voluisse vnã rẽ pluribus modis cum consonantia medij & finis dicere: quę tñ in heroico ope esset vitiosa. Petra. i. lithostratos & pauimẽtũ: queat. i. facile possit madere pro madefieri: vbi plebs multa screat. s. spuit.

Pinsere colliridas nõ cottidie tibi fidas.
Det er ey hwer dag bage dag.
Non fidas. i. noli cõfidere tibi pinsere. i. vt possis pinsere & postea coq̃re cottidie. i. semper quasi cõtinente die aut quottidie. i. quolibet die: colliridas. i. panes delicatos aut placentas.

Pista placenta focis multoris cor leuat ocys.
Aff dyst kage worder mølleren modig.
¶ Placenta. i. genus edulij delicatum a placendo: dictũ: pista. i. cocta: cũ pinsere sit proprie granũ frangere: focis. i. in loco vbi ignis fouet: q̃si dicas cinere: leuat ocys. i. ocyus. i. cito: cor multoris: qui gaudet farinã consumi: aut qui partem sperat.

Pisci cattus hiat nec vult vt pes madefiat.
Katten vil vel haffue fisken men han vill icke vede kløerne.
¶ Cattus. i. feles animal murilegũ: hiat. i. inhiat & insidiat pisci natãti in cacabo: nec. i. & nõ vult vt pes. s. suus madefiat. i. fiat madidus. qđ aliter dicitur. Cattus amat piscem sed non vult tangere flumen.

Pingue venire puto pingui stillante veruto.
Aff den fede steg droppe de fede dropper.
¶ Ego puto pingue. i. cibum pinguẽ: venire. s. ad mensam: veruto. i. veru carnibus inuoluto: stillante. i. manãte pingui. i. de re pingui: aut veruto pingui stillante. i. demittente stillas pingues.

Pyr grauat effusus minus oppida q̃ malus vsus.
Bedre er vaade ild i by en ond vane.
¶ Pyr. i. ignis: sed tam græcis q̃ latinis id vsurpantibus neutrũ est: quare auctor incõgrue loquitur nec est in hoc imitãdus: effusus. s. in domos grauat minꝰ oppida. i. oppidanos: q̃ malus vsus. i. malus mos: vt mala lex seu constitutio qua vtuntur.

Pylax exosus mures solet esse iocosus.
Aff kede skall kat mwss bide.
¶ Pilax. i. catus aut murilegus assidue pila ludens dum catulꝰ est: exo=

sus.i.perfecto odio prosequens mures: solet esse iocosus: quia illudit captis & postea comedit eos.

Pomis vicinam maturis nosce ruinam.
Mode eble er fald i vaane.
¶Nosce.i.cognosce ruinam vicinā.i.cito imminere: pomis maturis: quia dum poma matura sunt: cadunt per se: sicut hoies malefici qn̄ peruenerint ad extremum fati.i.diuinæ prouidentiæ.

Pompa gigantea perdit sub strage trophea.
Kempe falde alle seyer iøse.
¶Pompa.i.bellicus apparatus: gigantea.i.qualis erat gigantū contra deos: perdit trophea.i.insignia victoriæ: sub strage.i. quando sternitur & cæditur in conflictu. Quia sæpe pōpose armati vincuntur.

Pone focum questum magis est anathema molestum.
Arne bande bidet best.
¶Anathema.i.maledictū: separatio a societate: questū.i.per querelā factum: pone.i.iuxta focum.i.ignem: est magis molestum.s.q̄ alibi: quia sedentes ad ignē vnū non deberent litem mouere.

Pyr metuit tostus: catulum puer a cane morsus.
Brent barn rediff ild oc bidet hwnd.
¶Tostus.i.vstus ab igne: metuit pyr.i.ignē.puer morsus a cane.s. magno aut magna: metuit catulum.i.catellum eius.

Pollex ferretur quo pluto decorietur.
Han skall haffue fingre aff iern som fenden skall flaa.
¶Pollex.i.digitus primus in manu præcipue pollens: quia quicquid alii quatuor tenēt cōtinet: ferretur.i.dirigeret sup. eo: quo.s.loco: pluto.i.dis princeps diuitiarum infernalium: decorietur.i. amittat corium.i.cutem aut pellem. Aut ferretur.i.armetur ferro.

Porcus edax flagris licet ictus vixit ab agris.
Det er ont at venye det swin aff vong som er i vant.
¶Porcus edax.i.gulosus qui semel gustauit sata in agris: vix.i.difficulter it.i.recedit ab agris: licet ictus.i.percussus: flagris id est grauioribus virgis.

Poscenti gnare subtiliter inficiare.
En god bedere skal haffue en god søniere.
¶Inficiare.i.nega te facturum aut posse facere: subtiliter.i.artificiose: poscenti.i.ei qui aliquid poscit gnare.i.scite & perite.

Post solare iubar pluuialis sepe fit vmber.
Offte kõmer regn effter solskin.
Vmber.i.vmbrositas facta tralatione longe repetita ab vmbris populis Italiæ:nisi potius legatur imber:pluuialis.i. pluuiam adducens fit sepe post iubar solare.i.splendorem solis.Et econuerso.

Post nimbum reuehi solet aura serena diei.
Oc skin effter mwln.
¶Aura serena.i.clara & lucida:diei solet reuehi.i.ab equis solis cum sole ad nos importari:post nimbum.i.nubẽ cingentem globũ solis.

Portio cuiqꝫ rata sit tutius appropriata.
Hwer er dierff offuer deld laad.
¶Portio.s.cibi aut potus aut alterius rei:rata.i. adiudicata sit tutius.i.magis tute appropriata.i.quando est vnicuiqꝫ ad quẽ pertinet data: quia tunc tenet in re quod prius tenebat in spe.

Post frumenta sata fit sepe nigella renata.
Offte voxer klinte effter hwede seed.
¶Nigella.i.herba nigra & nociua vt lolium aut zizania:fit sæpe renata.i.renascitur:post frumenta sata.Quia vt dicitur in euangelio: inimic⁹ homo superseminat zizaniam.

Publica vox fatur vix turgens arte domatur.
Konsten gonger offte faar macten.
¶Vox.i.sententia publica i.cõis oĩm fatur.i.dicit sup. ꝙ turgens.i.tumens & inflatus sugbia:vix domatur.i.vincit:arte.i.ratione.

Pugno claudetur pollex cum fors tibi detur.
Halt tømell i neffuen naar dig falder løcke till.
¶Cum.i.quando:sors aut fors.i.fortuna detur tibi:pollex.s.tuus claudet pugno.i.intra pugnũ clausum teneat.hoc est tenenda est fortuna.

Pulpa venustatur dum lenis ab osse leuatur.
Fawerd er hwld.
¶Pulpa.i.caro pulpe sa.s.densa & torosa:venustatur.i.decoratur:dum leuatur.i.deponitur abscinditur:lenis.i.leniter sine dilaceratiõe:ab osse
Structor. .s.cui adheret:quod qui facit in mensa:dicit structor.

Pullulat herba satis que nil habet vtilitatis.
Onde vrter voxe mest.
¶Herba que nil habet vtilitatis.i.mala & inutilis:pullulat.i.oritur:nascitur per se:& fruticat:satis.s.abundanter.

Pus sumus alterni plus q̄ proprii silicerni.
Vij se at andensſ lyde oc icke waare egne.
❡Nos sumus silicerni.i.inspectores assidui:sicut senes decrepiti assidue cernūt silices in pauimēto:plus pus pro puris nā declinatur.i. corrupti sanguinis alterni pro alieni:q̄ proprij.s. puris nostri. Silicerni.

Putre caput stare sibi vult tegumenta tyarę.
Leeg hwad dw vilt. men leeg icke kip hat sagde den skurffuede.
❡Caput putre.i.scabiosum & corruptum in p̄lato:vult tegumēta.i.cooperimēta:tyarę.i.mitrę aut infulę:stare.i.manere sibi.i.ad se cooperiendū.Dicit hic tyaras.Virgil. sacerq̄ tyaras. aut hæc tyara.Iuuenalis.Et phrygia vestitur bucca tyara. Tyaras. Tyara.

Pusio plectetur ignauus: vt edificetur.
Man skall reff se et gaat barn at det bliffuer icke ont.

Ne peioretur probus equo iure dometur.
Oc ont barn at det bliffuer icke verre.
❡Pusio.i.puer tenellus:ignauus.i.inutilis ad laborē nihil boni faciēs plectet.i. virgis cędet:vt ędificet.i melior efficiat.Et puer p̄bus.i. solers & p̄bandus:dometur.i.regat:iure æquo.i.per æquanimitatē ne peioret.

Promotiua puta lucra q̄uis merce minuta.
Alle baade hielpe.
❡Puta.i.æstima:lucra esse promotiua.s. ad maius bonum:q̄uis sup.sint de merce minuta.i.exili.

Prodest cautela plus q̄ suprema querela.
Bedre er faare ath vare en effter ath kere.
Cautela.i.prouida euitatio & cautio mali,anteq̄ cōtingat:prodest plus q̄ querela.i.conquestio:suprema.i.maxima in fine.

Proderit haud stomacho quicquid sit dulce palato.
Der er ey alt i maffue gaad i mwnd er søt.
❡Dicit non omnia dulcia sumenda:quia quicquid sit dulce palato dum manducatur:haud.i.non proderit stomacho.

Promptrix mēte furit que se famis ensibus vrit.
Det er en galen redeye sig selffuer swelter.
❡Promptrix.i.proma mulier solita promere.i.proferre e penu:cibaria q̄ vrit se ensibus famis.i.q̄ nō comedit de ijs q̄ promit:furit.i.insanit.

Proles obscenam modulatur spurca camenam.
Ont barn qweder fwll vise.

¶ Proles aut auis aut hoīs: spurca. i. immunda: modulatur. i. canit: carmoenā. i. cantilenā immundā: quia ex abundantia cordis os loquitur.

Pulchre prandere faciunt ientacula vere.
Faar aade gør fager effter aade.
¶ Ientacula. i. prima cōuiuia ante prandia: faciunt vere. .certe: prandere pulchre. i. venuste & non gulose.

Plus famis vr turget qui nos vicinius vrget.
Den hwnger er hedest off nest er.
Vr. i. ignis aut ardor famis qui vrget nos vicinius: vtpote n ventre nostro: vrget nos plus q̄ alienus.

Pl us valet oppetere q̄ꝫ vite tedia ferre.
Bedr e er at vere død en mz sorg at leffue.
¶ Pl us valet. i. eligibilius est viro forti: oppetere. i. fortiter cadere cōtra terrā mordendo eā dū se letaliter vulneratū sentit: q̄ ferre. i. tolerare tedia vitę. s. in seruitute & miseria.

Plus vult constare mannus q̄ꝫ sibila flare.
Der hør alt mer til hest en at sige ho.
¶ Mānus. i. equus vult plus constare. . i. simul stare & requiescere: q̄ flare sibila. Statim enim dum equiso sibilat: equus stat: non propter dulcedinem sibili: sed requiei.

Plus valet exiguus q̄ꝫ nullus ad atria clauus.
Bedre ei liden nagle faar hwff en ingen.
¶ Clauus. s. ligneus: exiguus. i. modicus: qui pro vecte atria. i. primam partem magnæ domus claudit: plus valet ad atria scilicet conseruanda & custodienda: q̄ nullus.

Plus compos sibi sit quem nulla calumnia visit.
Han kend best ved harm som ingen haffuer.
¶ Is quem nulla calumnia. i. calamitas & clades: visit. i. visitat: sit sibi plus compos. scilicet mentis: quia qui amittit sua vt aiunt: amittit sensum.

Pseudo duum mende faciunt ternum lue pendi.
To mwe saa liwe at den tredie henger.
Mendę. i. vitia: duum. i. duorum: pseudo. i. falsorum & peruersorū: faciunt ternum. i. tertium pendi lue. i. propter luem.

Pellere si capres aliquem te cursibus aptes.
Ho en anden vil ieye han skal selff løbe mz.

¶Aptes.i.aptum facias te curſibus.i.ad currendum:ſi captes.i.deſide=
res:pellere aut prendere aliquem.

Plaga recens ſit vti ridiculoſa cuti.

Nyt ſar er ſpotteligt.
¶Plaga recens.i.vulnus de nouo factū:cuti.ſ.humanę:ſit vti.i.veluti
ridiculoſa.i.res plena ridiculi.quia nō putatur tā nocens vt vetus.

Prauus cum ſolo dicit confligere nolo.

Vaare vil ey ene ficte.
¶Homo prauus.i.iniquus & peruerſus dicit:ego nolo confligere.i.pu
gnare cum ſolo:aut quia ad conflictū opus eſt duobus:aut quia temera=
rius multos prouocat.aut quia occaſionem non confligendi quęrit.

Prandiolum celebre minuit ientatio crebre.

Man ſeer ſaa offte effter dawern at man miſter nadweren.
¶Ientatio.i.comeſtio ante prādiū minuit crebre.i.frequenter:melius di
ceretur crebro:aut crebra ientatio:prandiolum:non eſt apta diminutio
quia addit celebre.i.feſtiuū & a multis celebratum.Quia qui multū an=
te prandium comedit minus comedit in prandio.

Pranſibus acta calis contenta ſit eſca dialis.

Dawere en dagiſſ mad.
Eſca acta.i.tranſacta pranſibus.i.prandijs calis.i.pulchris & honeſtis
ſit contenta dialis.i.cottidiana eſſe:hoc eſt poſt lautum prādium nō eſt
quęrenda celebris cœna.

Plectatur mulcta quem protrahit orbita ſtulta.

Faare førſømelſe gelder man offte vide.
¶Is quem orbita.i.via ſtulta.i.ſtultus modus viuendi:protrahit.i.in
longū abuſum vitę trahit:plectatur.i.puniatur mulcta.i.pœna.

Prendes ante reum q̃ cruciabis eum.

Faa førſt oc ſlaa ſiden.
¶Tu prendes.i.capies:ante.i.prius ac potius reū.i.vocatū in ius aut
nocentem:cū multi rei ſint innocētes:omnis eīm in ius vocatus dicitur Reus.
reus:q̃ cruciabis eum.ſ.infligendo ſupplicium.

Prętereunte fera catuli ſit mentio ſera.

Det er ſent til hwnde naar diwrene løbe.
¶Fera.ſ.beſtia ſiluestri.vrſo.apro.aut ſimili prætereunte.i.ante te per
tranſeunte:mentio catuli.i.canis venatici habēdi ſit ſera.i.tarda.Quia
nihil profuerit eam ſectari cum tardum ſit. Poſſit eſſe alter ſenſus le=
gendo ſit. Fera prætereunte:id eſt dum fera præterit ante homi=
nes colloquentes:mentio catuli:id eſt prolis eius ſit ſera:quia non

possit mentio esse bona: periculum sit si sit mala. quod de feroci homine melius intelligatur.

Prebet candoris lac nigri vacca coloris.
Sort ko giffuer hwid milk.
¶ Vacca nigri coloris præbet lac candoris. i. candidum. Est tamen ineptus sermo: lac candoris pro lac candidum. Sensus est homines minus formosos sæpe honesta facere opera.

Preda suilla valet fore: qui cum furfure squalet.
Ho sig blander mz saader hanem ede swin.
¶ Qui squalet: id est sordidatur & conuersatur cum furfure: id est purgamentis farinæ aut cum stercore: valet esse: id est fore præda suilla. i. cibus porci.

Presto puer meret cui labrum triste coheret.
Det barn er snart til at grede som leben henger paa.
¶ Puer cui labrum coheret. i. pendet triste. i. in signum tristitiæ: mœret. i. plorat: cum tamen mœror sit in animo: præsto. i. cito. Signum enim est dum pueris labia demittuntur & agitantur quod cito flebunt.

Primitus inflictum non corruit arbor ob ictum.
Treed falder icke faar det første hwg.
¶ Arbor non corruit ob ictum inflictum primitus: id est ob primum ictum: nisi arbor sit tenuis & ictus validus. dictum est audaculorum: arbor non cadit ad primum ictum: hoc est non moriar ad primum vulnus.

Primulus est ales prope fructus primitiales.
Den første fugel fonger det første korn.
¶ Ales. i. volucris vt coruus: cornix: pica: passer: primulus. i. primus: est prope fructus primitiales. i. præcoces & præ cæteris maturos. i. fructus primum maturi comeduntur primi ab auibus primis.

Primula iactura tolerantius est nocitura.
Den første skade er best at styre.
¶ Iactura. id est perditio rerum primula: id est prima: est nocitura tolerantius: id est patientius: id est qui semel iacturam fecerit equo animo pati debet.

Princeps vnde cadet symmysta furens mala suadet.
Naar en ond swend maa raade da er hanss herre i vaade.
Symmysta. i. particeps secretorum: vir a secretis aut secretarius principis: furens. i. insaniens & male consultus. suadet mala: vnde. i. a quibus princeps cadet.

Propria vota sequi non est iuris tenor equi.
Vilge er icke lande reeth.
Sequi propria vota.i.arbitraria & desideria:non est tenor.i.mens & sen=
tentia iuris equi:quia in re cōmuni tenenda est cōis opinio.

Possunt compresse concordantes simul esse.
Venner mwe sammerlige bo.
Concordantes.i.concordes & vnanimes possunt esse simul compresse.i.
in loco angusto:vbi rixosi & discordes esse nequeant sine malo.

Pectinis ꝛ ralli dominas studio puto falli.
Kom oc ragekniff swiger mangen viff.
Ego puto dñas.i.diuites & potentes fœminas:falli.i.decipe:studio.i.ni
mio vsu:pectinis:quo se viri volentes illis placare comunt & pectūt:&
ralli,quo se radunt.

Plus vadio ciste fidei ꝙ credo sophiste.
Beder tror ieg dit hedene pant en din cristelige tro.
Ego credo plus vadio.i.pignori:cistæ.i.quod teneo in cista:ꝗ fidei sophi
stæ.i hominis callidi qui ostendit se sapientē & bonum cum non sit:neq₃
esse velit sed videri potius.

Plus astris phebes vi conquiniscere debes.
Vey helder maanen en alle stiernerne.
Tu debes conquiniscere.i.occludere subito & subito aperire oculos:vi.i.
propter vim luminis phœbes.i.lunę:videtur tamē posuisse pro solis vi:
qui phœbus dicitur:plus.i.mag⁹ astris.i.ꝗ astris.Quia maius est lumē
lunæ aut solis ꝗ minorum luminarium.

Protrahit in stramen puluinar vile iuuamen.
Ont er at hielpe aff dynen oc i halmen.
Vile.i.abiectū & nullius p̄cij iuuamē.i.auxiliū:ptrahit puluinar.i.cul
citrā aut ceruical in stramē.i.stramētū ex culmis qd̄ solet substerni:hoc ē
sordidū ē remediū si qs nō hab₃ bonū puluinar substernere pl⁹ straminis.

Presto bonis rebus ope virge fiat ephebus.
Riff gør gaat barn.
Ephebus.i.puer adhuc impubis:fiat præsto.i.paratus:bonis rebus.i.
ad res bonas faciendas:ope.i.auxilio virgæ.

Pulchrius est ere monimenta fauoris habere.
Bedre er held en hwndrede marck.

Habere monimēta.i.certa testimonia & indicia:fauoris.s.publici: ꝙ ali cui plurimi faueant & bene velint:est pulchrius.i.honestius & optabilius ære.i.pecunia.

Per callem grandem pōdus leue fit graue tandem.
Liden byrde er lang vey twng.
Pondus leue fit tandem graue.i.grauat portantē eo ꝙ vires eius debilitā tur:per callem.i.viam tritam:grandem.i.longam.

Perstrepit auspicia de prole parens proba valde.
Kerling setter sig ned ved ild sin søn greffue oc konge kalle.
Parens.i.mater:perstrepit.i.importune cū strepitu prędicat:auspicia.i.futurorū indicia . valde proba.i.probanda:hoc est felicia:de prole.s.sua: quia filios aut pręlatos:aut pcipuos bellatores euasuros dicūnt: & filias regum aut saltem procerum connubijs destinant.

Pilax angolice reboato:ribalde ribalde.
Men katten sider sig i vraa oc siger reballe reballe.
Alludit ad sonituz felis seu cati : qui prohibit⁹ pertransire foramen angustius pręsertim dū ad coitū feruet:clamitādo imitatur vocem Ribau &c. vñ dicit:Pilax.i.catus pila ludere suetus:reboato.i.sępius clamet angolice.i.angulariter aut ex angulo:ribalde ribalde. Quo vocabulo vulgus
Riualis. riualē nominat.i.eū qui cum alio ad candē mulierē quasi ad communez riuum tendit.

Porco parua iaci non debet gemma rapaci.
Man skall icke kaste dyrebar sten faar swin.
Gemma parua.i.lapillus pciosus:nō debet iaci.i.proijci aut subijci porco rapaci.i.animali voraci & immūdo:qa nō sūt rosæ aut margaritę sternendæ porcis:nec decet sanctum dare canibus.

Purgetur culter cum quo castretur adulter.
Den kniff skal vere hwass met huilken horkarll skall gildiss.
Auctor quędā ironice dicit:nō suadēs vt ita fiat:sed latēter carpēs ꝙ ita fit vñ hic dicit : culter cū(vacat cū)quo adulter.i.reptus in adulterio:castret i.emasculet:priuetur testiculis aut coleis:purgetur. Quia interea dū purgabitur.i.curabitur & mundabitur adulter elabetur.

Plus valet oppetere: q̄z lugubre tempus habere.
Bedre er at dø en met sorg at leffue.
Oppetere.i.fortiter mori:valet plus q̄ habere tēpus lugubre.i. in perpetuo luctu & seruitute. Vnde Iuuenalis. Grande crede nefas aiam pręferre pudori. Et propter vitam viuendi perdere causas.

Parte sedere placet: cui flamma decentius ardet.
Man er der helst som ilden brender best.

Placet.ſ.mihi & vnicuiq;:ſedere ſup.ea parte foci:cui flãma.ſ. ignis : ar=
det.i.calorem facit:decentius.i.temperantius & vt magis expedit.

Par parat alituum ſolo magis alite nidum.
Bedre drage to fule til rede en ind.
Par alituũ.i.duo alites quodam naturæ cõiugio iuncti:parat.i.exornãt
magis nidum:alite ſolo.i.q̃ alter eorũ.Per hoc inuitãtur hoĩes iuniores
ad matrimoniũ contrahendũ,ante quod raro diteſcunt.

Pallentes genulas:palpebras dat dolor egras.
Sorg gør blege kinder oc ſaare øgen.
Dolor.i.mœſtitia:dat.i.efficit:genulas.i.genas.i.ſinus oculoruꝫ aut vt
vulgus accipit maxillas.pallẽtes ſup.& palpebras.i.cilia oculorũ ęgras
id eſt affecta mœrore.

Poſt ioca pruritus vredo ſepe fit acris.
Offte kommer ſwede effter ſød klaade.
Parabolice dicit qđ Horatius apertius in epiſtolis. Sperne voluptatem.
nocet empta dolore voluptas. Vredo.i. vſtio & ĩflatio & amaritudo do=
loris:fit ſępe acris:poſt ioca.i. voluptatẽ & delitias pruritus:quia dũ ſca
bies pruriens ſcabitur voluptas eſt:ſed poſtea dolor. Sic dũ patrimoniũ
in luxu & crapula abſumitur dulce eſt ſed poſtea amarum.

Plus premitur cuneus ductilitate citus.
Man driffuer gerne den vegge der gonge vil.
Cuneus i.ferreũ inſtrumentũ acutũ anterius & obtuſum poſterius quo
ligna findunt:citus.i.velox:ductilitate.i.facilitate duꝫ ducit: premitur
plus q̃ ſi tardus eſſet:vñ a plus potente plus expetitur.

Prendere quod deſit vi durius eſt adamantis.
Det er haardere en ſten at tage det ſom icke er till.
Prendere.i.accipere qđ deſit.i.qđ nõ eſt:eſt durius.i.difficili⁹:vi adamã=
tis:lapidis indomabilis a noĩe ipõ habiti:domat tñ ſanguĩe hircino:ſed
quod non eſt nullo modo capi poteſt:niſi in potentia.

Preminet hoſpitibus reprobus licet eſt laris heros.
Geſten er icke ſaa arg ſkalk at bonden ey bør tilforn.
Heros pro herus:aut heros.i.priceps laris.i.dom⁹:preminet.i.præſtat
hoſpitibus.i.hoſpitio ſuſceptis:licet eſt reprobus:hoc eſt quantũ ad ho=
norẽ domi habendũ:ſi tamẽ officio ſuo fungi vellet:cederet melioribus:
quia honor eſt in honorante non in honorato.

Preſbyterum faber alloquitur mihi care ſacerdos.
Smeden ſagde til preſten kere herre

Baptizato meum puerum: tibi cudo lyeum.
Kristne mit barn ieg smedier dig et lang iern.
Faber. s. lignarius aut ferrarius alloquitur presbyterum. i. sacerdotem seniorem. o sacerdos care baptizato puerum meum scilicet factum e ferro aut ligno: ego cudo id est fabrico: tibi lyeum. i. bacchum. i. puerum tam pulchrum vt erat bacchus semper puer: vnde Propertius Solis est Phoebo bacchoq; æterna iuuentus &c. Sunt tamen qui exponũt lyeum. i. auriculam: nescio qua ratione.

Priuat anus vetulam quod abest id abest (ait) aure.
Ee er borte det borte er sagde kerling om øreth.
Anus. i. vetula: priuat. s. dentibus aut vnguibus: vetulaz. s. alteram: aure & sup. ait. id quod abest, abest. i. quod perditũ est perditũ est: auricula enim est inconsolidabilis: sicut omnis cartilago.

De littera Q.



Quãuis sis teste seclus⁹ honorifices te.
Ee skal hwer sig ere det han ene vaare.
Quis sis seclusus. i. seperat⁹ teste. i. arbitro aut cõscio. i. quis te putes a nemine videri: tamẽ honorifices te. i. fac q̃ te honorificent: quia omnia fiunt in oculis domini.

Q temere fandũ: magis arbitror esse silendum.
Bedre er tagd en tarffueløst meelt.
Ego arbitror magis silendum esse q̃ fandum temere. i. inconsulte.

Q fundo parce mage sunt res vasis ab arce.
Bedre at spare fra bredt en fra bonden.
Res. s. captæ: ab arce, i. summitate vasis: sunt mage. i. magis: parcę. i. imminutæ: q̃ sup. a fundo. quia maxima quæq; fundum petunt.

Q veniunt hostes noli prius vrere postes.
Brend icke hwset før fiende komme.
Monet ne nimio studio nocendi hostibus, noceamus nobisipsis dicens. Noli vrere. i. comburere prius postes. s. domus tuę: q̃ hostes veniunt.

Q chamus cassus: equus est melior mala passus.
Bedre en swong hest en tom grime.
Equus passus mala. s. famẽ & lõgũ morbũ: est melior q̃ chamus. i. frenũ eius: cassus. i. spoliat⁹ equo. Quia vt dixi equi mortui p se frenũ solet dari dominis ne putetur furatus: sed melius est equus macilẽtus & valetudinarius q̃ frenũ nouũ: quia frenũ sequitur equũ qualiscunq; sit.

Quis terrore tamen esus mus vacat hore.
Mwſſ vil haffue mad ro alligeuel at det er met redſſel.
Mus vacat.i.intētus eſt & operā dat:horę.i.ſtatuto tēpori eſus.ſ.edendi: q̃uis ſupple cum terrore.i.timore id faciat.

Qꝫ ſemel errare malis rem bis trutinare.
Bedre er tøſſwer maalt en en gong vildfared.
Malis.i.magis velis:trutinare.i.ad trutinā penſitare & examinare rem bis: q̃ errare ſemel.

Qꝫ concipari melius nemus eſt comitari.
Bedre er at tinge ved buſken en ved boyen.
Melius eſt nemus comitari.i.cum comitibus pertranſiri: q̃ concipari.i. i.capi cū alijs. Cōcipari fictū verbuꝫ deberet ſecundā corripere. vñ legam Qꝫ deprędari vel Qꝫ captiuari &c.

Qꝫ facies compta plus confert lingula prompta.
Bedre er ſnill twnge en kemt haar.
Lingula.i.lingua prompta.i.parata ad bene loquendū:cōfert.i. prodeſt & affert commodū,plus q̃ facies compta.i.exornata.

Quis vir largus eſt formelle tamen argus.
Man er icke ſaa rund at han ey ſeer effter en faare oſt.
Vir q̃uis largus.i.dapſilis & munificus:tamē eſt argus.i.diligēs cuſtos: formellę.i.caſeoli:quia cuſtodit ipſam: ſicut Argus paſtor habens centū oculos cuſtodiuit Io in vaccam mutatam iuſſu Iunonis.

Quando graſſatur fortuna:minerua petatur.
Man ſkal vere klog naar løcken er vred.
Minerua.i.ſapientia & prudentia:petatur.ſ.in auxiliū:quando fortuna graſſatur.i.ſęuit omnia mala quę poteſt faciendo.

Qꝫ pliadum quere plus phebes fedus habere.
Haff helder venſkaff met maanen en met alle ſtiernerne.
Quęre id.eſt contende,conare:habere plus fœdus phœbes.i.lunæ:q̃ pliadū.i.ſeptem ſtellarū ſimul apparentium.i.fauorem & gratiam ſuperiorum potius q̃ inferiorum.

Quale ſit arbuſtum:talem dant arbuta guſtum.
Delig er frwcten ſom dygden er i treed.

Arbuta.i.fructus arbutorū arborū:dant talē guſtum:quale arbuſtum.ſ. genus terrę arboribus conſitum ſit in effectu.

Quale quis aſportet: ꝙ tale reportet oportet.
Det tilbør at hwer hender ſom han ſender.
Oportet vt quale quis.i.aliquis aſportet.i.auferat de domo: ꝙ reportet.ſ.in eandem domum:tale.i.talem rem.

Quis penes artes ſit impubis dogma capeſcit.
Hwer nømer ſaadant ſom han omgongiſſ met.
Impubis.i.iuuenis nondū pubeſcens (& declinatur hic & hæc impubis & hoc impube.huius impubis: vt apd̄ Virgiliū Impubis Iuli. Itē hic & hæc impuber: vnde dicunt impuberes. Subſtantiuū aūt dicit hæc pubes & eſt tenuis lanugo quę creſcit ad pudēda:capiturq; pro multitudine pubeſcentiū)capeſcit.i.cito capit & diſcit:dogma.i.doctrinā: ſup. artiū penes.i.iuxta,quas artes ſit.i.verſetur.

Qua ter adeſt cacabo ſcutella domum celebrabo.
Det hwſſ er loff vert ſom diſken gonger trøſuer til gryden.
Ego celebrabo.i.celebrē faciā & frequēter celebrabo domum:qua.i.in qua domo ſcutella in quā pulmentum reponit:adeſt ter.ſ.quotidie :cacabo.i. aheno in q̄ pulmētuȝ coquit:hoc ē vbi ter dat pulmētū : mane in prādio & in cœna.

Qualibet eſca die ſit reditura pie.
Hwer dag kommer met ſin føde.
Eſca ſit reditura.i.redit ad mēſam:pie.i.clemēter & indulgēter : nō tamē religioſe:qualibet die:nō tn̄ in die ieiunij:licet videatur dicere ꝙ qui non niſi bis comedant bene ieiunent. Aut dicamus:qualibet die ſemel.

Que maſticatur flenter male mica voratur.
Den mad vorder ilde ſwncken ſom gredelige ediſſ.
Mica.i.fruſtū cibi: vorat.i.deglutit:male.i.cū malo & amaritudine:quę maſticatur.i.manditur:flenter.i.cum fletu.

Que molit inculta mola grana manent male multa.
Det korn vorder ille maled ſom beriſſ paa ond quern.
Grana quæ mola inculta.i.immūda molit.i.cōterit: manent multa.i. contrita & fracta male.i.indecenter.

Queritet in cinere qui vult opus ignis habere.
Ho iiden vil haffue, han ſkall lede i aſken.
Is q vult hr̄e opus.i.effectū ignis:q̄ritet.i.quærat frequēter cū in cinere.

Quem mos non rexit vitam non inclytus exit.
Ho som ereløff leffuer han ereløff dør.
Ille quem mos.i.honestus modus viuendi, non rexit: non exit.i.non deserit vitam: inclytus.i.clarus & gloriosus.

Quem clarere placet dño: visum quis opacet.
Ho skall løcke det øffue som gud vnder at see.
Quis.i.aliquis aut quis: opacet.i.obstruat & occulat visum.s.suū: quem placet.s.ipsi.i.quē vult: clarere.i.clarum videri: dño.s.deo.

Quem sors titillat pauper per inepta vacillat.
Naar fattig mand fonger kede da fonger han wlede.
Pauper quē sors aut fors.i.fortuna titillat.i.lętitia afficit: pmittēdo aliquid lucri: vacillat.i.titubat: oberrat: p inepta.i.nō facienda tētat: & nescit tenere modum: modica spe illectus.

Quem fors blanda tenet: iocunda dicta serenet.
Den er glad som løcken ved fariff ath.
Dieta iocunda.i.tempestas diei lęta: serenet.i.lętificet & a nubilo tristitię purget eū: quem fors.i.fortuna: blanda.i.adulans tenet.

Qui collum cedit: capitis confinia ledit.
Ho en slar paa halsen han slar hānem icke longt fra houedet.
Is qui cędit.i.percutit colū: lędit cōfinia.i.cōtermina capitis.

Qui se spectaret me dictis non laceraret.
Vilde huer kende sig da spottede ingen mig.
Qui spectaret.i.frequenter inspiceret: se.i.facta sua: nō laceraret.i.nō carperet me dictis.i.vbis amaris: quia in se inueniret non pauciora carpenda q̄ in me.

Qui metuit tremere didicit nimis ille timere.
Han er meget red som icke taar skelffue.
Ille qui metuit tremere.s.prętimore: didicit nimis timere.

Qui mutilat catulum subdit clamoribus illum.
Ho sin hwnd stecker oc rober ved da rober alle grande.
Qui mutilat.i.membro priuat: vt cauda auricula pede &c.catulū.i.paruū canem, licet etiā leonis, vulpis, vrsiq; sint catuli: subdit.i.subiicit clamoribus.i.facit clamare illum.

Qui percussorem referit: mouet ille furorem.
Ho som igen slar han ypper kiff.

Ille qui referit.i.vicissim percutit percussorē.i.eū a quo percussus est: mouet.i.excitat in illo: furorem.i.insaniā: quia si prius fuit iratus facit eum furentem. Et ideo consilio dominico melius est percutienti vnā maxillā prębere alteram, q̄ repugnare pręsertim vbi nil p̄ rodest.

Qui stipe placatur meliorari meditatur.
Hwer er veyder bedre.
Ille qui placatur.i.fit contentus: stipe.i.nummo dato: meditatur.i.pręte dit meliorari.i.melior fieri. Intelligit vt opinor de militibus: quib⁹ dixit sanctus Ioannes baptista: vt neminē concutiant & sint contenti stipēdiis suis si velint salui esse. Qui ergo miles placat stipe.i.stipendio suo: meditatur meliorari.

Qui cadis infauste: bene surgens vix releuas te.
Ho ille falder han stonder verkinde op.
Tu qui cadis infauste.i.infeliciter: vix.i.difficulter reuelas te: surgens bene.i.decenter: quia qui seipsum releuat nō videtur infauste cecidisse.

Qui procul est scylle fatue demergitur ille.
Det er flat at drwckne paa tiwrt land.
Ille qui p̄cul est scyllæ.i.a scylla periculo: demergitur fatue.i.stulte & imprudenter: vt qui trepidauerunt vbi non erat timor.

Qui male rem reperit fore furis vt assecla querit.
Ind ond hittere er icke bedre en en tyff.
Is qui reperit rez male.i.anteq̄ sit amissa: quærit.i.appetit fore vt assecla i.imitator furis.i.qui reperit rem nō perditā: aut qui reperit rē male non reddens eam: est assecla furis: quia quod repperisti & nō reddidisti furat⁹ es: auctore beato Augustino.

Qui fuit abrasus emungitur illico nasus.
Den er snart snøden som nesen er aff skaaren.
Nasus qui fuit abrasus.i.abscissus: emūgitur.i.purgatur mucore illico. i.statim: nō quidem nasus abrasus sed quod remansit.

Qui iactando vocat se iustum: tempus is occat.
Det er ey leyest aff daghen at man sig selffuer roser.
Is occat.i.abrumpit & perdit tēpus: qui iactando se vocat se iustum quia non est iustus & perfecte bonus inter filios hoim̄ pręter vnū christum.

Qui bene torquetur resti plica terna paretur.
Hwert gaat reff er tre strenget.
Plica terna.i.triplex trica aut funiculus: paretur resti.i.funi: qui.i.qua

triplici plica: restis torquet bene: quia funiculus triplex difficulter soluet.

Qui sine re vadit res sibi nulla cadit.
Ho icke tilsetter han icke op rycker.
Nulla res cadit sibi pro ei (est em̄ mala reciprocatio) qui vadit sine re. i. q̄ nihil portat: vn̄ prudētis est dū iter facere vult superflua deponere.

Quid nemus intramus quos territat vndiq; ramus?
Hwad skall han i skouder huer busk rediss.
Quid. i. ad quid nos quos ramus territat vndiq;. i. ex omni parte. i. q̄ trepidamus ad motū cuiuslibet frōdis: intram⁹ nem⁹? q. d. frustra.

Quilibet aulizat vt eum fauor intitulizat.
Huer skall saa ride til hoffue at han haffuer held.
Quilibet aulizat. i. imitatur mores aulę vt fauor intitulizat. i. p̄conizat & extollit eū. Hoc est cuius excepta sunt opera faciliter viuit in aula.

Quis melior reliquo melior facto nisi siquo?
Ho er bedre vden han bedre gør.
Quis melior sup. ē reliquo. i. q̄ alter: nisi siquo. i. aliquo facto sup. sit melior? q. d. nullus, quia melior est qui melius facit.

Quisq; sui doni similatur conditioni.
Hwer er sin gaffue lig.
Quisq; similatur. i. est similis cōditioni sui doni: q̄a parui parua donāt: & magni magna. Item paruos parua decet accipere dona.

Quod nequit amplecti quid anhelas id tibi necti?
Dw skalt ey attraa det dw ey kant fonge.
Quid. i. ad quid: anhelas id necti. i. adiūgi tibi q̄d nequit. i. nō potest amplecti. s. a te? q. d. frustra tendas ad maiora q̄ gerere possis.

Q; canis oblatret tolero dum nil mihi patret.
Ieg wurder icke huad hunden gøer bider han mig icke.
Ego tolero. i. facile patior: q; canis oblatret mihi. i. q; homo stultus obijciat mihi stulta verba: dū. i. dūmodo nil patret. i. mali faciat mihi. Hoc est dum post verba non sequantur verbera.

Quod queat accidere iurans non inficiare.
Dw skalt icke swerge faar vgangen ting.
Non inficiare. i. noli negare factū esse: iurās. i. per iuramētū: q̄d queat accidere. i. quod fieri possit: quia multa facta sunt q̄ nescimus.

Quod dat arista bladi solet omne p̄utile tradi.
Det er alt gaat af korn commer.

Omne id bladi.i.frumenti:est aūt bladū gallicū non latinū vocabulum: quod arista.i.spica arida, dat:solet tradi.i.dici perutile,i. valde vtile esse id est nullum frumentum abijciendum est.

Quod preit est lorum ductiuū posteriorum.
Den kender anden at age som faare ager.
Lorū quod prȩit.i.prȩcedit,est ductiuū posteriorū.i.sequentium.

Quod noua testa capit inueterata sapit.
Det vnger nemmer det gammild holder.
Id dicit Horatius in epistolis. Quo semel est imbuta recens:seruabit odorem Testa diu. Et ideo pueri imbuendi sunt optimis moribus & doctrinis:quia tenacius hȩrent quæ prima imbibuntur.

Quit sibi consulere:qui sit ratione timere.
Hannem worder raad som rediſſ.
Is qui scit timere sup.cum ratione:quit.i.valet cōsulere.i.pspicere sibi.i. saluti suæ:quia id fortis viri est:cū meticulosus citra rationē timeat:& temerarius vltra rationem audeat.

Qui gallum girat collum sibi iure requirat.
Han skal haffue hergen sønen der hanen vender.
Qui girat.i.circūuoluit ad verutū gallū:aut potius capū q castrat9 est:requirat iure.i.merito laboris sibi collū:quia colluʒ solet puero vertenti in mercedē dari.vñ alter nō magis doctus. Qui volucrē vertit collū de iure tenebit. Respōdit alter. Multi verterunt qui collum non tenuerunt.

Quisq suę trieri solet apta profunda tueri.
Hwer lader sit skib dybest.
Quisq solet tueri.i.pspicere & percontari:pfunda.s.maria:apta.i. conuenientia & salutaria:trieri.i.naui triremi suæ:vt non pereat.

Qui cupit optatum debet dimittere gratum.
Ho som kert vell haffue han skall lest lade.
Gratum. Is qui cupit.s.obtinere:optatū.i.id quod optat:debet dimittere gratuʒ.i. qđ delectat:cū tamē proprie gratū sit qđ prodest. Quia nō peruenit per delicias ad delicias:nec ad magna bona sine impendio.

Qui non vlla dabit merito non vlla rogabit.
Ho som inthʒ giffuer hannem intet giffuiſſ.
Qui non dabit vlla.s.dona aut bona:merito non rogabit vlla.

Qui non adiecit mutilo caudam bene fecit.
Det er vel at stacke fick icke hale.
Is qui nō adiecit mutilo.i.detrūcato:caudā.i.alterū malū:fecit bene.i.p beneficio habetur:vnū amisisse membrum:& non plura.

Qui modicum spernit se ditem vix fore cernit.
Ho lidet forsmaar han vorder sielden rig.
Is qui spernit.i. vilipendit modicū.s.bonū aut lucrū: vix cernit se fore.i. futurum esse & euadere: ditem.i.diuitem.

Q̃uis sit rutilum pro pane librabitur aurum.
Gwld er ey saa røt at det gonger ey vd for mad.
Aurū librabit.i.pendet in libra: vn̄ nō bene corripuit primā: pro pane.i. vt tandem habeatur panis: vt in summa fame fit: & factum est in destructione Hierosolymitana: licet aurum sit rutilum.i.rutilans.

Q̃uis obryzo tortella magis valet auro.
Got er guld dog er kagen bedre.
Tortella.i.forma panis torti valet magis auro q̄uis.i.licꝫ obryzo.i.purgatissimo: quia tortella quis producere vitam potest: auro nō potest. Obryzū dicit quasi obryzon.i.syncerū: & quod sæpe igne purgatum est.

Q̃ prece victa soror propria me plus ope solor.
Bedre en selff at haffue en søster at bede.
Ego solor.i.consolor: me plus ope.i.facultate ꝓpria: q̄ soror.s.mea: sup. soletur me: victa.i.coacta a me: prece.s.multa: vt subueniat mihi.

Qui non vult matri debet parere nouercæ.
Ho som icke lyder moder han skall lyde steffmoder.
Qui non vult parere.i. obedire: matri.i.genitrici: debet parere nouercæ i.nouæ patris vxori & dominę. Hoc est dignus est habere nouercā malā.

Quilibet ad propriam tortellam confouet ignē.
Hwer rager ild til sin kage.
Quilibet confouet.i.construit & ardere facit ignē: ad tortellā.i.placētam propriam.s.coquendam: hoc est quilibet intendit rei suæ.

Quod dat sors inopi manus officiosa dat ori.
ffattig mand haffuer icke vden aff hond oc i mwnd.
Manus.s.inopis: officiosa.i.obsequiosa, dat ori vt comedat: id quod sors i.sortitio diuina: aut sors.i.fortuna dat inopi: quia inopes non quęrunt emere possessiones: sed omnia cōgerunt in ventrem.

Q̃ visus orbum magis expedit esse strabutum.
Bedre er at vere skelier er blind.
Expedit.i.melius est esse strabutū.i.lime & oblique videntē: est tamē vocabulum fictum ab auctore: q̄ orbū visus.i.cæcum.

De littera R.



Aro fit alterna melior ptura veterna.
Sielden er skiffte bedre.
Pretura.i.gubernatio pretoris & quecumque pfectura fit raro melior alterna.i.si fiat alternis annis:& innouetur singulis annis: veterna.i.q si sit vetus & cotinuata:qa pretores veteres sunt ia satiati:noui sunt semp famelici: vn quida vlcerosus q a muscis torquebat: du vir miseras muscas abigeret: exclamauit:ah quid fecisti frater? veniet noue q ad ossa vsque exuget me: melius igitur reliquisses veteres iam saturas. Preterea vetus prefectus melius scit iura q nouus.

Raro solet pronus impetus esse bonus.
Sielden er rabe god.
Impetus pronus.i.festinus vt ad que quis inclinatus est:solet raro esse bonus:quia cum sit expers consilij proximus est pœnitentiæ.

Raro canunt ficta veterana poemata dicta.
Gamble mendz sagn er sielden vsand.
Poemata.i.carmina aut cantilene:opa poetaru:veterana.i.antiqua:canunt raro dicta ficta.i.mendacia:qa antiqua dicta sunt fere vera:nec potest mendaciu diu celebrari aut credi.

Raro mouens rictus plangit canis ossibus ictus.
Sielden gør hwnd aff beenst hwg.
Canis mouens rictus.i.apertura oris:raro plagit.i.coqueritur clamitando:ictus.i.si sit ictus aut percussus:ossibus:quia auferens os tacet.

Raro lupi lenti prebentur fercula denti.
Sielden kommer liggende wlff mad i mwnd.
Fercula.i.cibaria:nutrimenta:prebentur raro denti lupi lenti.i.pigri & ociosi:quod etia de homine lento & pigro verum est.

Raro solent fieri bona fatidice mulieri.
Sielden fonger spaakone god skeffne.
Bona solent raro fieri mulieri fatidicæ.i.diuinanti & prophetizanti aut quia mulier fere mala prognosticat:aut quia vera dicens odio habetur.

Re minor in cella manus est plus munere bella.
Den giffuer mest der minst faarmaart.
Manus minor re.i.paru tenes:i cella.i.loco angusto vt in domo parua e plus bella.i.pulchrior:munere.i.per munus:quia sepe libetius dat.

Re labor est dulcis quia non pluit vsus hiulcis.
Fordi er erffuit gaat at gotzet ey regner i mønden.
Labor est dulcis re.i.vtilitate: quia vsus.i.vtilitas aut res vtilis: nõ pluit.i.cadit in morem pluuię de cælo: hiulcis.i.auide affectãtibus & quasi hiantibus & anhelantibus ad bona. Hoc est ideo bonum est laborare: ꝙ q̃tũcunqꝫ auidis nihil datur sine labore. Vnde Horatius in arte. Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.

Re mala percepta responsio prodit inepta.
Vrang hørelse gør vrang framførelse.
Responsio prodit.i.exit inepta: re.i.propositione ad quã respondẽdũ est percepta male: vt faciunt multi q respondẽt anteq̃ sciãt ad quid.

Rem quam nõ aula dant sepe tuguria paula.
Man finder det offte i bondenss vere som man ey finder i kõgẽss sall.
Tuguria.i.casę & tegetes, ac domicilia pauperũ: paula.i.modica: dãt sępe rem quã aula non sup.dat: vt altũ somnũ: recentes & ineptas herbas silentium, sospitatem &c.

Rem quam nix celat: pulsa niue terra reuelat.
Det kommer op i tø man fieler i sne.
Terra reuelat rem quã nix celat.i.occultat: niue pulsa.s.per liquefactionẽ vnde alius. Sub niue quod tegitur dum nix perit omne videtur.

Res rari moris plus est motiua stuporis.
Mand vndrer der mest paa som sielden skeer.
Res moris.i.vsus: rari.i.q̃ raro vsuuenit & contingit: est motiua stuporis.i.admirationis cum stupore: plus.s.q̃ frequentis moris.

Res est difficilis ir spoliare pilis.
Ont er at plocke haar aff loe.
Spoliare pilis ir.i.interiorẽ manũ vbi pili nulli sunt, est res difficilis imo impossibilis quæ nullo modo fieri potest.

Rixam porcorum rabies domat arcta luporum.
Vlff gør swin saatte.
Rabies arcta.i.vehemens fames: luporum: domat rixam.i.cõtentionẽ porcorũ: quia si cõcertantibus porcis supuenit lupus: statim omissa discordia cõcorditer irruũt in lupũ: qa maior necessitas pellit minorẽ: non solũ in porcis sed etiã in hominibus vt parabola prætendit.

Res male quesita sepe recedit ita.
Det mand met synd fonger det met sorg gonger.
Res acquisita male, i.inique: recedit sæpe ita.i.male: quia de bonis male

acquisitis non gaudebit tertius hæres.

Robore ꝙ ramus melior sit raro probamus.
Sielden er grenen bedre en bwllen.
Nos probamus raro ꝙ ramus sit melior robore.i.trũco & principali ar=bore vnde descendit: hoc est raro sunt filij meliores parentibus : nõ tamẽ nunq̃: vt diua barbara. Pręterea ramus potest esse virens & bonos fruct⁹ afferens: vbi truncus sit cariosus: sed virtus rami a robore pendet.

Ridet iners hilaris ora videndo paris.
ffolsk man leer først andre leer.
Iners.i.nulla arte pręditus: stolidus homo: ridet ens hilaris.i.lętus vidẽdo ora.i.aspectum paris.i.alterius inertis: quod sępe fit.

Rursus acus: vir heri ruit: en dolor it mulieri.
Ee kõmer sorg oc sløcker anden i gaar døde min bonde i dag tabede ieg nim naall.
Vir.i.maritus: ruit.s.in mortẽ heri: acus.i.instrumentũ suendi ruit rur=sus.i.iterum: hoc est hodie: en.i.ecce dolor it.i.augetur mulieri: quę plus dolet ex acus q̃ ex viri amissione. Admonui mulieris penultimam esse breuem.

Rector ouat prore queat anchora quãdo tenore.
Det er gaat at haffuer gaat ackere hald.
Rector prorę.i.prioris partis nauis a proruẽdis aquis dictæ: ouat.i.gaudet: quando anchora queat.i.potens sit: tenore.i.tenacitate: tenendo continue nauem contra procellas.

Rastro dentato prata parata dato.
Men dw haffuer nffuen da ver ey seen.
Dato prata parata.s.ad ferendũ fœnum in horreũ: rastro dentato.

Ruffa ⁊ neuosa frons suasibus est varicosa.
Tag raad aff rod skegged mand flere onde en gode.
Sunt qui legant Ruffaq; nęuosa &c. ducti errore Alexandrino ꝙ synalœ=pha vocal' sit penit⁹ vitãda: cũ multo p̃stet q̃ malã latinitatẽ ponere: ma=la aũt sit latinitas dicẽdo Ruffaq; nęuosa: q̃a nũq̃ q; ve ne: ponũt cũ prio-re pticula copulãda : q̃n etiã ponant cũ posteriore: s; bñ ponunt cũ poste-riore sine pore. Sẽsus est frõs ruffa.i.subrubra & næuosa.i.plena næuis.i. puis maculis q̃ sunt in corpore candido: cui⁹ pili subruffi sunt: est varicosa.i.idurata varicib⁹.i.neruis nodosis & intort;: suasib⁹.i.obiecta tot hominũ suasib⁹: quia nõ flectit ampli⁹. Hoc ẽ ruffi sũt difficult exorabiles.

Que ve ne.

Raro metuntur ope sata de salsuginis ope.
Man sker sielden gaat korn aff ond ager.

Sata.i.fruges satæ:metuntur raro ope.i.cum facultate & vtilitate bona: de ope.i.terra:salsuginis.i.vliginis salsę:quia terra salsa raro bonos fructus affert. Ponit differentiã inter opẽ dũ notat auxilium seu facultatẽ & dũ notat terrã in quãtitate: vt pro terra sit prima longa: pro facultate & auxilio breuis:sed errat:quia semper corripit nisi sit opis in ntõ nomen Nymphæ & deæ. Virgi. Opim de cælo misit saturnia Iuno.

Recula nux cure leuis est nuclei sine pure.
Lidet er om nøden oc en minde om kernen er baarte.
Nux est recula.i.parua res:curę leuis.i.modicę:sine pure.i. interiore contẽto nuclei:quia sicut pus latet in pellicula inflata:sic nucleus in putamine nucis. Exponunt tñ vulgo: sine pure.i. custodia:nescio quo auctore. Certe falsum est quod dicunt pro putredine non declinari.

Raro ditatur qui per loca multa vagatur.
Den vorder sielden rig som tit flytter.
Is qui vagatur per multa loca ditatur raro:sicut arbor sæpe transplantata parum fructificat. Laudat tamẽ vlysses. Qui mores hominũ multorum vidit & vrbes. Quia prodest multa vidisse.

Refert balducte sibi vas spectabile ferre.
Det er qwemt at haffue rent kar til sin melk.
Refert.i.interest & ad rem facit:balductæ.i. lactis: vnde pingue qđ vulg⁹ butyrũ vocat subductũ est batuendo:ferre sibi.i.ad se vas spectabile:q̃a si in mundo vase feratur pluris æstimatur.

Res bona conicitur:libitũ quis quando sequetur.
Det tøcker man at vere gaat som met vilge skeer.
Res conijcitur.i.per coniecturaꝫ æstimatur bona:q̃n quis sequet.i.obtinebit:libitũ.i.voluntatem suam.

Res non sint inopis:bos crassus:femina comis.
Fattig mand skal ey haffue fauer kone eller feder hest.
Bos & equ⁹ crass⁹ & fœmĩa.i.vxor comis.i.suauis & lepida i sermõe:nõ sint id est non debeant esse inopis:quia neutram rem possit cõseruare.

Raptu' clirotes vt pascitur vnguibus ales.
Saa leffuer høffding aff roff som fwll aff kloff.
Clirotes idẽ prędator pascitur raptu id est ex rapto: vt ales prædator aut prędatrix pascitur vnguibus.i.iis quæ prendit vnguibus.

Refert frunire seu se cerdare iuuente.
I Vngdom skal man sig bidde oc barcke.
Refert.i.interest frunire.i.frontē seuerā:rigorē & triste supcilium ostendere iuuentę pro iuuentuti.i.multitudini iuuenū: seu.i.siue:cerdare.i.viliter subijcere sicut cerdones q sunt viles operarij:se iuuentuti,quia meli⁹ per rigorem proficit:q̄ per nimiā familiaritatē. Sunt q exponūt: frunire i.domare:& cerdare.i.corrigere Frunitus quidē legitur: & infrunitus.i. effrons qui perfricuit frontē:sed cerdare fictum est.

Refert rapta deo soluenda referre vel euro.
Sompt gelde gud oc sompt østen veder.
Refert.i.interest:aut differens est:referre.i.reportare rapta soluenda: deo vel euro.i.vento orientali.q.d.melius esse referre deo: quia qui suspendūtur ob furta & rapta: videntur referre euro,i.vento.

Res est scire grauis via que sit in equore nauis.
Den vey er ond at vide som skibet løber i haffued.
Scire q̄ sit via nauis in ęquore.i.in mari:est res grauis:vn̄ Salomon prouerb.xxx. Tria sunt difficilia mihi & quartum penitus ignoro. Via aquilæ in cælo. via colubri super terram:via nauis in medio mari:& viā viri in adolescentia.

De littera S.



Saccus adaptetur porcell⁹ cū tibi def.
Lad op secken men grisen giffuiss.
Monet vt parati sim⁹ ad suscipienda munera dicēs Saccus adaptef.s.a te:cū.i.qn̄:porcell⁹.i.fœtus suillus detur tibi. Hoc est si vis vt def tibi,fac te dignū.

Saltibus auditus est,ppe sepe situs.
Offte er hwlt hørende ner.
Auditus est situs.i.positus & locatus sępe,ppe.i.vicinus saltibus.i.syluis & buscis. Hoc est cauendū est ne quid stulte dicaf ī syluis:quia possunt latere qui audiant. Prope aduerbium aut nomen regit etiā datiuum: vt prope est dominus omnibus inuocantibus se.

Prope.

Sal nigrum poscas a quo solui male noscas.
Tag sort salt aff onde geldere.
Poscas scilicet ad solutionem:sal nigrum id est rē minus preciosam sup. ab eo a quo noscas solui id est solutionem fieri male: quia melius est il q̄ nil habere.

Sarcina fausta datur cui celebs sponsa iugatur.
Han ager gaat leeff i gaard en god hustrw faar.
⸿ Sarcina.i.onus & fasciculus: aut res fausta.i.felix & auspicata: datur sup. ei: cui spōsa cęlebs.i.innupta: & vt hic accipitur intacta a viro quasi cęlitū vitā agēs iugat.i.cōiugio datur: aut quia rarę sunt verę virgines: aut quia virgines facilius reguntur ad nutum viri.

Sat corus est mensus cui mensor inest vice census.
Den skeppe er fuld maald som gelderen setter sig paa.
⸿ Corus.i.mensura aut modus certus frumenti: est mensus.i.mensuratus satis: cui mensor.i.mensurator inest: vice.i. loco census.i.pecuniæ dandę in censum.

Seruis non gratis operam prestes grauitatis.
Man skall ey driffue en god swend formeget.
⸿ Non pręstes seruis gratis.i.vtilibus: operaȝ grauitatis.i. seueritatis aut ecōtrario. Pręstes seruis non gratis operam grauitatis.

Saxum robustum iactare procul sit onustum.
Ont er twng sten langt at kaste.
⸿ Iactare saxum onustum.i.ponderosum pcul: sit robustū.i.officiū viri robusti & fortis: aut iactare pcul saxū robustū.i.magni roboris: sit onustum.i.difficile est pellere potentes.

Sedes compresse poterunt consortibus esse.
Sāmerlige mwe saatte bo.
⸿ Sedes compressę.i.arctę: poterunt esse cōsortibus.i.ijs qui eiusdē sunt sortis: sed melius concordibus: et ita malim legere.

Se solet occulere cariem quem constat habere.
Den ski wler sig som sig ved wren at vere.
⸿ Is quem constat habere cariē.i.corruptionē & scabiem solet occulere.i. abscondere se. Sicut dictū est de capite scabioso.

Segma comesatum reliquo parat oris hiatum.
Bid bidder anden ind.
⸿ Segma.i.frustum obsonij aut panis sectū & abscissum comesatuȝ.i. comesum aut comestū: parat reliquo.s.segmati: hiatū.i.apturā oris: qa q comedūt auide prius q̄ vnū bolum deglutiuerint alterū circūspiciūt.

Se cito sopire fraterne fax solet ire.
Saate ere sydkene vrede.

¶Fax.i.incendiũ irę fraternę.i.excitatę inter fratres ſolet ſopire.i. ſedare & cooperire ſe cito. Nõ tñ ſemꝑ vt patet de Iugurtha.

Se piger a fultro lecti non ſegregat vltro.
Den varme ſeng oc den lade dreng kwnde beſt til hobe.
¶Piger non ſegregat ſe vltro.i.ſua ſponte: a fultro: legã a fulcro.i. ſuſtentaculo & fulcimine: lecti.i.a lecto ipſo.

Sano nõ paret dolor egro quantus amaret.
Den helbrede ved icke hwad den ſiwge lider.
¶Non paret.i.non apparet nõ eſt euidens ſano.i.ſanus neſcit quantus dolor amaret.i.amariciẽ facit: ęgro.i. ægrotanti.

Sepe fit illiſa plauſtrare fidelia niſa.
Offte gelder ler gryde at hwn vil gerne age.
¶Fidelia.i.vas fictile in quo res liquidę ſolent fideliter cõſeruari: niſa.i. conata plauſtrare.i.in plauſtris vehi: ſicut equitare eſt in equo vehi: fit ſæpe illiſa.i.fracta.

Sepius aſpectum confert emblema refectum.
Dyrt clenodie gør offte løſtig tilſyn.
¶Emblema.i.vas precioſum habens ſigna impreſſa & inſculpta ex auro & argento: cõfert ſæpius aſpectum refectuꝫ.i.recreatũ.quia videre res ꝑcioſas & ornatas reficit oculum & animũ videntis.

Sepis opus vegeta ne fiat ecliptica meta.
Gerd ſaa gaard at der vorder ey gaf ved enden.
¶Vegeta.i.fortifica repara inſtaura: opus.i.ſtructuram ſepis.i.ſepimẽti quo aruum aut hortus clauditur: ne meta.i.finis: fiat ecliptica: id eſt defectiua.

Sepe vagans victum reperit gallina vel ictum.
Bygangen høne fonger encten korn eller knep.
¶Gallina vagans ſæpe: reperit victũ vel ictũ.ſ. ab eo qui ægre fert ꝙ in alienum tranſit: aut q eã comedere vult. Et ita interdum vtile interdum periculoſum & nociuum eſt longe vagari.

Sepe ſue pelli manus eſt factura flagelli.
Mand gør offte lime til ſin egen ende.
¶Manus.ſ.cuiuſlibet hominis conantis alteri nocere: eſt factura flagelli.i.facit flagellũ.i.virgã ex flagris: id eſt ſummis rami arborum pelli ſuę id eſt quo ipſe percutiatur. Vnde ſolet dici de ijs qui ꝑſtruunt malum alteri ꝙ colligunt virgam ad nates ſuas: quia de tali verificatur illud Pſal. Incidit in foueam quam fecit.

Sepe subactus erit alium qui sternere querit.
Den fonger offte fald som anden acter fald.
¶ Is qui querit. i. appetit: & conatur: sternere. i. in terrā prosternere & deijcere alium: erit sæpe subactus. i. victus & prostratus.

Sepe breuis strata cadit in dispendia lata.
Gensty vorder offte glap sty.
¶ Strata. s. via lapidibus strata: breuis. i. angusta: cadit sæpe in dispēdia. i. dāna & detrimēta lata. Aut quia in angusta via vehicula pclitantur: aut quia ipsa latronibus suffragatur. aut quia vbiqꝫ pericula latent.

Sepe reposcit idem quod iactauit prius idem.
Offte bediss det igen som før bort kastiss.
¶ Idem. s. homo (qđ est vltimū verbum metri: quia in masculino genere primam producit in neutro corripit: vt metrū hoc bene demōstrat) repo scit. i. repetit & recolligit sæpe: idem. i. eandem rem & idem bonum quod iactauit. i. abiecit prius tanq̄ rem inutilem.

Sepes esse rudes facit instaurans male sudes.
Ho som ilde staffrer han ille gerder..
¶ Instaurās. i. cōcinnans & reparās: male. i. ruditer & imperite: sudes. particas & virgas arborū pręsertim salicuꝫ: facit sepes esse rudes. i. malei. concinnatas & minus artificiose factas.

Seruis pacifera dicitur esse sera.
Laass gør hion saate.
¶ Sera qua serātur & claudūtur cibaria: dicitur esse pacifera seruis: quia non possent abstinere a furto: & ita vapularent: aut si abstinerent: tñ putarentur furari: aut alij furarentur nomine ipsorum: & ideo bene agitur interdum cum seruis qꝫ res secluduntur.

Sentine latices exancles qui vigilizes.
Han skall vaage som øse skall.
¶ Tu qui vigilizes. i. vis imitari vigiles aut obire officium vigilandi exancles. i. exhaurias latices. i. aquas latentes: sentinæ. i. lacus profundi in naui ad quem sordes oēs confluunt: & aquę subsidunt.

Sepe silet niuea sub pelle molestia seua.
Offte er hwin vnder hwit skind.
¶ Molestia. i. dolor aut ægritudo sæua. i. vehemens: silet. i. latet: sępe sub pelle niuea. i. cute bene curata: aut veste pciosa.

Separ angorum fit compos consiliorum.
Mand kan fult raad naar man taar ingen ved.
¶ Separ. i. expers angorum: id est angustiarum & dolorum: fit compos

.i.particeps consiliorum. Quia sæpe melius iudicamus in rebus nihil ad nos pertinentibus q̃ in proprijs: ideo expedit interdũ accipere consiliarios quos dolor non tangit.

27 **Sermo vetus prodit: profugum vir quilibet odit.**

Alle ville den flade daare.

Odit. ¶ Sermo vetus .i. antiquũ prouerbiuꝫ: prodit .i. manifestat & profert .s. ꝙ quilibet vir odit .i. odio prosequitur (Est tamen in voce preteriti temporis: odi odisti odit: nam odio odis raro reperitur: & si reperiatur primam corriperet) profugum .i. procul a patria sua fugientem: aut ꝙ proditor eius est aut ꝙ instabilis.

Sero piget natum fore maneqꝫ fasce grauatum.

Det er ont at vere sille fød oc aarle mod.

Sero. ¶ Piget .i. distedet & miseret: natum .s. hominem in hoc mundo: fore pro esse grauatum fasce .i. sarcina & onere: sero .i. vespertino tpe: & mane .i. matutino. Apud doctos tamen Sero non accipitur pro serotino tempore: sed pro nimis tarde.

Si ludum queris ludi legem patieris.

Vilt dw i leeg da skalt dw leeg oppe haalde.

¶ Bene dicitur in quosdã petulãtes qui ludo percutiendi in palmam: & diuinandi ꝑcursorẽ qui pœnã eandẽ det: vnũquẽqꝫ lacessunt: & tñ deprehensi pœnam dare nolunt. Si quæris ludum .i. si vis ludere cũ alijs: patieris legem ludi .i. pœnam quam ludus exigit.

Si breuis est arcus iaculatur missile parcus.

Snart er skudet aff stacked bwge.

¶ Si arcus est breuis: ipse parcus .i. sobrius & vt vir parcus iaculatur .i. emittit: missile .i. iaculũ aut telũ. quia iaculatur telum breue vt parci homines solent. vñ opus respondet instrumento.

Si boue cassus eris corpus lue debitor eris.

Han skall gielde mꝫ kraap som ey haffuer ko.

¶ Si tu debitor ęris .s. alieni .i. pecuniæ: eris cassus .i. carens & excussus. boue .i. possessione bouis: lue .i. persolue corpus .i. in corpore: hoc est da pœnam corporalem si non es soluendo.

Si non desiperet pubertas grata maneret.

God waare yngsken vaare icke folsken.

¶ Si pubertas .i. multitudo puberum aut ætas pubescentium: non desiperet: id est non male saperet de moribus: aut non insaniret: ipsa maneret grata: id est accepta & vtilis hominibus: quia pubescẽtes habent gratiam in oculis hominum.

Si pensare velis male stat cum pseuste fidelis.
Den tro oc den wtro kwnde icke vel sāmen bo.
¶Si tu velis pensare.i.iusto examine trutinare: aut ad pensum exami-nare & cogitare: fidelis stat.i.moratur & locatur: male.i.ad damnum & malum suum: cū pseuste.i.falso & fallaci: vt est pseustis pastor in Theodolo: nā pseudo falsus dicitur: vt in cōpositiōe cū altero noīe græco.

Si dape non staret anus astipulamen amaret.
Gaat vaare hion vaare ey maden sagde kerlingen.
¶Si nō staret.i.cōstaret dape.i.cibo: anus.i.vetula: amaret astipulamē.i.familiarium accessionem & suffragium.

Sicut apes caueam: repetunt maledicta trocheam.
Saa er bande som bi vd en oc ind ti.
¶Maledicta.i.verba imprecātia mala: repetunt trocheam pro trochiā.i.cursum & reuolutionē.i.locū vnde exierūt: sicut apes repetunt caueā.i.aluearium cauum: aut locum cauum vbi fauū habent siue in arbore: siue in terra: siue in alueario.

Sicut adauctiua sic era fluunt fugitiua.
Pēninge ere baade komne oc farne.
¶Aera.i.pecuniæ: fugitiua.i.raro apud vnū manentia: fluunt.i.effluunt sic sicut adauctiua.i.quæ colliguntur vt augeant thesaurum.

Syncerior putri sapor est allece butyri.
Bedre er gaat smør en sur sild.
¶Sapor butyri.i.vnguinis vaccę: dicitur tn̄ proprie vaccę seu bouis caseus: & corripit mediā vt alibi bene fecit auctor: ē syncerior.i.integrior & melior allece putri.i.corrupto per putrefactionem. Vitiose corripit secundam in syncerior: venit enim a syn & cera: non a sine & carie vt putauit auctor.

Sis custos oris q amici sis.et amoris.
Gem din mwnd oc gem din ven.
¶Sis custos.i.obseruator oris.i.sermonis: hoc ē obserua quid et de quo loquarꝭ: q pro vt sis.s.custos amici & amoris.id est si vis retinere amicū & amorem eius: pone custodiam ori tuo: ne male loquaris.

Sit possessori res quando duum stet amori.
Første to kiffue da tager den som eyer.
¶Quando res stet amori duū pro duorum.i.qn̄ duo vnam rē æqualiter amant: ita q vnus eam ardenter cupit emere & alter non vult vendere: sit possessori.i.maneat potius apud priorem possessorem.

Sis tibi promptus ope torre fouente prope.
Ver rask til hielp først mod dig selff naar det brender.
¶ Sis promptus tibi ope.i.auxilio.hoc est succurre cito rebus tuis:torre id est igne:fouente:id est accipiente aut rapiente fomitem prope.i.i proximo:quia vt dicit Horatius. Tunc tua res agitur paries quum proximus ardet.

Sic eris astutus ꝙ non delicta secutus.
Ver saa kyndig at dw vorder ey syndig.
¶ Tu eris astutus.i.callidus vt sunt in Asty.i.vrbe: sic vt nō sup.fis secutus delicta.i.peccata & imperfecta aliorum.

Syrti cessisse qui scit felicitat is se.
Den er salig son sig kan vende vonde fra hande.
¶ Is qui scit cessisse.i.discessisse.syrti.i.a syrti maiore & minore (est em̄ duplex in Aphricano mari locus periculosus eo ꝙ nunc vada satis profunda habet:nunc arenam:ita vt neq3 nauibus neq3 pedibus exire possis si semel incideris) felicitat.i.felicem facit se.

Sorte patet misera que sit dilectio vera.
I trang skal mand venner prøffue.
¶ Patet.i.manifestum fit:sorte.i.conditione vitæ & fortunę misera:q̄ dilectio sit vera. Quia qui verus amicus est omni tempore diliget.

Sors ope de facili pugili parat arma virili.
Treffuend tryder icke vaaben.
¶ Sors.i.fortuna.cū tñ sors ꝓprie aliud sit: parat pugili virili arma:de ope facili.i.parabili.hoc est vir fortis facile inuenit arma: vbi meticulosus nulla inuenire potest satis bona vt pugnare audeat.

Sortilegi fatum valet vt sit dona lucratum.
Saa dwger leff som lønt er.
¶ Fatum.i.vaticinium oraculū:respōsum:sortilegi.i.legētis sortes:hoc est diuinātis ꝑ sortiū eductionē valet: vt i.quatinus sit lucratū.i. vt lucretur dona.s.stultorū q eos cōsulūt:alijs autē nihil valet.

Succula dum stertit siliquas per somnia vertit.
Ee drømer so om drag.
¶ Dicit vnicuiq3 animanti ea occurrere per somnium quæ tractauit vigilans:quia succula:id est parua sus aut porcella:dum stertit.i.profunde dormit: vertit:id est obuersat & tractat quasi comedere velit:siliquas.i.leguminum thecas.& grani tunicas:per somnia.i. phantasmata occursantia in somno.

Somniat atq; manus q baculo det anus.
Oc kerling om sin krogstaff.
¶ Coniungitur superiori. Atq; anus. i. vetula: somniat: aut sopniat vt quidam scribunt non sompniat: q det manus baculo. i. q accipiat baculum aut quo sustentetur eundo: aut quo percutiat aliquem.

Succreuit mane liuoris semen inane.
Awind riff aarle.
¶ Semen inane. i. nullius vtilitatis: liuoris. i. inuidiæ: succreuit. i. occulte inter bona semina creuit. mane. i. tempore matutino. Loquitur autem vel de zizania: quam inimicus homo noctu superseminauit: vel de inuidia per quam mors introiuit in orbem terrarum: & ita mane. i. in principio mundi succreuit.

Sis faber vnius laris vt non lesor alius.
Bød saa boo ath dw skader ey anden.
¶ Sis faber. i. fabricator & ędificator laris. i. domus vnius: sic sup. vt nō sis læsor alius. s. domus. i. vt non destruas iam factam aut alienam.

Se gerit illate gerulus burse vacuate.
Stolt i strede oc lidet i pung det er folst.
¶ Gerul⁹. i. gestator aut portator bursę. i. crumenę: euacuatę. i. exhaustę pecunia: gerit se elate. i. superbe & magnifice: aut ne percipiatur esse inops pecuniæ: aut quia cantabit vacuus coram latrone viator: nihil enim timet perdere qui nihil habet.

Sistrum non reboat mors vbi presto meat.
Døden bleff ike i lywd for sig.
¶ Sistrum. i. instrumentum musicum plenum crepitaculis ægyptijs familiare in sacris lætis. non reboat. i. non facit crepitum: vbi mors meat. i. venit presto. i. parata & cito.

Sica sibi seuit cui pena famelica creuit.
Hwnger er hart swerd.
¶ Sica. i. pugio occultus abstrusus in baculo: sæuit. i. grassatur sibi: pro illi: cui pœna famelica. i. ex fame creuit: qa mauult sica q̄ fame mori: aut vtitur sica ad spoliandos quoscunq; inuenerit: donec satur sit.

Spe bona meta datur cum res bona principiatur.
Aff god begyndelse haabiff god endelse.
¶ Meta. i. finis & consummatio bona: datur spe. i. in spe: cum. i. qn̄ res principiatur. i. principium capit bene: quia dimidiū facti qui bene cœpit habet: & vniuscuiusq; rei principium potissima pars est. Et econtrario: modicus error in principio fit maximus in fine.

54

Stemma regit clarum cui fama sit oda viarum.
Han gēmer dyrt sin fred gēmer.
¶ Ille regit stemma.i.insigne generis sui:clarum.i.illustre: cui fama sit oda.i.cantilena viarum.i.cuius fama & insignia facta canuntur p publicas vias. Stemma proprie est coordinatio progeniei facta in qua sūt imagines factę ex cera:aut pictæ aut effigiatę vt in arbore iessea: in qua per lineas ductas cognoscitur quis pater & quis filius aut nepos: & sic deinceps sit:& cuius. Habebant autem antiqui Romani nobiles talia stēmata in atrijs suis: vñ p nobilitate generis transsumitur. Iuuenalis. Stēmata quid faciunt:quid prodest pontice longo Sanguine censeri.

Stemma.

Sit licet abra thori non est par cura sorori.
Sorg er ey søster det hwn soffuer ner.
¶ Licet abra.i.ancilla sit thori.i.recepta in thorū aut pfecta thoro sternēdo:tñ cura.s.de ea nō est par sorori.i.qualis de sorore: sicut abrahā pl⁹ dilexit Saram vxorē & sororem q̄ ancillam. aut min⁹ curat q̄ soror.

Seria plaustrando luat ire volens aliquando.
Offte gelder ler gryde at hwn vil gerne age.
¶ Seria.i.vas fictile: vt vrna: volens ire.i.progredi plaustrando.i.dum vehatur in plaustro: luat.i.det pœnā aliquando: quia tandem rumpat. Similiter dicitur. Ad vada tot vadit vrna ꝙ ipsa cadit.

Stat bene galline caude non fidere fine.
Det er gaat ath stacke icke fick hale.
¶ Non fidere.i.non esse fidēdum: caudæ: stat.i.indicatur bene: fine caudæ gallinę: quia breuis est & cito decidit.

Sors hominem lenit quando placendo venit.
Det er ey alt gaat effter vilge gonger.
¶ Sors.i.sortitio & distributio rerum per deū facta: aut sors p fors.i.fortuna: lenit.i.placat & mulcet hominē: quando venit placēdo.i. & simul placet: quia fortuna in principio lęta stultis placet.

Sub facis alterne specie gurgustia sterne.
Man skall stange vnder anden mandz bluff.
Sterne.i.prępara: exorna: gurgustia.i.tuguria: sub specie.i.forma facis.i.tędę alternæ.i.alienę.

Sorti succurre ratis il minuendo saburre.
I storm skal man kert kaste.
¶ Succurre sorti.i.rei principali quā in sortē accepisti: aut sorti.i.euētui & infortunio ratis.i.nauis: minuēdo il.i.aliquid saburrę.i.sarcinę etiā

vtilis faciendo rei fracturam potius q̃ naufragium.

Sint mala threnosa: bona non nimium numerosa.
Ont er øffred oc gaat er icke formeget.
¶ Mala.i.aduersa sint threnosa.i.lamentosa & plena lamentationis: & bona sint non nimium numerosa.i.multa. qa plura hic habem⁹ mala.

Stulto dogma dare sit vt aucam fonte rigare.
At sige daare raad det er som at sla kalt vand paa en gaass.
¶ Dare stulto dogma.i.documentũ bonũ: sit s.inutile: vt rigare aucam pro anserẽ: fonte. qđ frustra fit: quia anser non madesit & fons turpatur. dixi prius aucam non esse idoneum vocabulum.

Sorte sciunt hilari non omnes se moderari.
Det er ey alle som gãmen kwnde skøn.
¶ Non oẽs.i.pauci sciunt moderari.i.moderate habere se: sorte.i.fortuna & conditione ac statu vitę hilari.i.lęta.

Sub vaframento nihil ad fora ferre memento.
Dw skalt ey føre swig till torffuiss mz dig.
¶ Memento nihil ferre ad fora.s.rerum vęnalium: sub vaframento.i. calliditate deceptoria: aut sub fuco & falsitate.

Seruitium bassum mercede sit vbere crassum.
Ydmyg tieniste fonger god løn.
¶ Seruitium.i.famulatus: bassum.i.humilis vilis & abiectus: sit crassum.i.pinguis mercede vbere.i.fœcunda & magna. Nihil tamen turpe debet fieri ob mercedem: præsertim qđ sit contra legem dei.

Stirpi malo pari q̃ regibus assimilari.
Bedre er at vere kønlig en kongelig.
¶ Ego malo.i.magis opto assimilari: stirpi pari.s.meę: q̃ regibus.i. malim similis esse maioribus meis, q̃ regibus.

Sunt homines morum meliores fulminiorum.
Braade mend ere beest.
¶ Homines morum fulmineorum.i.ardentium & subitorũ sunt meliores q̃ lente irascentes: quia sicut cito irascuntur: ita cito placantur.

Sic facit allophili puer vt solet ede tribuli.
Saa gør barn i by som hiẽme er lerd.
¶ Puer facit sic æde.i.in domo allophili.i.alienigenę & externi: vt solet s.facere. æde.i.in domo tribuli.i.tribus & generationis suæ.

69

Bellaria. **Septēnem puerum flectunt bellaria rerum.**
Sið aarſſ barn er ſnart at locke.
¶ Bellaria ſunt dulciaria & ſecundę menſę pręcipua fercula vt tragemata & alia e ſaccaro facta: & e fructibus & placentis: ſed hic videtur poni pro ſpecioſitatibus & bellitatibus: nam dicit bellaria.i.bellitates ſeu ſpecioſitates rerum flectunt.i.attrahunt puerum ſeptennem.

Sunt digiti memores quod tractauere priores.
Det mindiſſ fingre det fordðm giordiſſ.
¶ Digiti.ſ.manuum ſunt memores ſup.eius operis q̄d ipſi tractauere.i.tractauerūt priores.i.ante alios. Aut quia quiſq̄ agnoſcit opus & ſcripturam ſuam: aut quod qui calidum tetigerunt abſtinent.

Suadele multe fabricabunt atria ſtulte.
Haner daarlig ſin bygning ſetter effter hðer mandʒ raad.
¶ Multe ſuadele.i.multorum ſuaſiones & cōſilia fabricabunt.i. ædificabunt atria.i.primas partes amplarū domuū ſtulte.i.imprudenter: quia vnuſquiſq̄ vellet ea ordinare ad ſenſum ſuum.

Suadent femelle proſtare preces modicelle.
Snart er qðinder lockede.
¶ Preces procorum modicelle.i.valde modice: ſuadent quod parum eſt ſed mens auctoris eſt q̄ perſuadent.i.ſic ſuadent vt credat & faciat: femellæ.i.mulierculæ: proſtare.i.ſtare ante lupanar expoſita libidini omniuʒ volentium. Quod dicit quia mulierculę procliues ad libidinem facile ducuntur ad proſtibulum.

Stare penes libitum ſatagit vis celſa deorum.
Ee vil vold ſin vilge haffue.
¶ Vis.i.poteſtas celſa.i.ſublimis: quiritū.i. fortiū virorum ſicut erant quirites.i.Romani ſub Romulo militantes: ſatagit.i.ſollicite curat: ſtare.i.permanere: penes libitum.i.libertatem ſuam.

Sternit agonia tepidum luctante machia.
Naar to brydiſſ da falder den ſom mindre maa.
¶ Agonia.i.cōcertatio certamen: ſternit tepidum.ſ.pugnatorem: & hoc machia.i.pugna luctante.i.cōcertāte. hoc eſt tepidus pugil ſuccumbit in plio: agonia & machia ſunt voces grecę: nollē tamē penult. producere.

Scabida vadit ouis potius grege cum pare quouis.
Et ſbabbet faar gonger gerne mʒ et andet.
¶ Ouis ſcabida.i.ſcabioſa vadit poti⁹ cū grege pare.i.ſilī: hoc eſt etiā ſcabido: quouis.i.ad quēlibet locū.ſ.q̄ cū ſano. Sic etiā perditi homines cuʒ pditis ſocietatē ineunt potius q̄ cum bonis.

Strena resoluatur vt amico fedus alatur.
Giffuit skall gieldiss om venskaff skall holdiss.
¶Strena.i.munus quotãnis in nouo anno dari solitũ : resoluatur.i.iterum soluatur: vt fœdus.i.pactũ & ꝯiunctio amicitiæ alatur amico. hoc est si per strenam seruetur amicitia non est omittenda. Aut strena resoluatur.i.diminuatur & omittatur hoc est donum voluntarium quod alteri fiat: vt fœdus alatur amico.

Scito stipes esse promissas presto necesse.
Farende er fester øre.
¶Scito stipes.i.nũmos aut ob laborem aut liberaliter pmissas.i.pollicitas: esse præsto.i.paratas: necesse.i.necessario: quia quod promittitur debet exhiberi. Stips stipis corripit primam: & tñ stipendium reperit primam producere.

Stirpe saporatur pomum quocunqꝫ rotatur.
Man kaster icke eblet saa langt at det det ey smager aff roden.
Pomum saporatur.i.trahit saporẽ: stirpe.i.ab ra dice arboris suę: quocũqꝫ rotatur.i.diuoluitur & transplantatur.

Stirps canit ingenua carmina pulchra sua.
Gaat barn qweder gerne god vise.
¶Stirps ingenua.i.libera & liberis parentibus nata: & ita generosa: canit carmina sua.i.se digna: pulchra.i.honesta.

Stemmata celsigena superat fortuna serena.
Bedre er god lycke en høy byrd.
¶Fortuna serena.i.non nubila: sed prospera & fauens nam fauẽtes habent serenam frontem: superat.i.vincit in vtilitate. stemmata.i.generis ornamenta & lineamenta celsigena.i.alta.

Stultum nutrire vult nemo sed reperire.
Alle ville foolsk finde oc ingen føde.
¶Nemo vult nutrire stultum: sed sup. quisqꝫ vult reperire stultum: aut vt ab eo lucrum accipiat: sicut a stulto venditore & emptore: aut vt voluptatem & oblectamentum.

Stultus stare solet crura quousqꝫ dolet.
Ee stonder folsk til benene vercke.
¶Dicit signum stultitię esse quando quis sedem habet & sedere honeste potest tamen stare vult: quia stultus solet stare quousqꝫ dolet.i. habet dolentia crura. Poetice per synecdochen dicitur doleo crura; oratorie crura dolent.

Stertere cui carum macet huic bulligo poparum.
Ho lenge vill soffue han fonger lidet gaad at dwe.
¶ Bulligo i. ebullitio & frequens coctio: poparum. i. pinguium obsoniorum in popinis & culinis: macet. i fit macra & rara: huic. i. ei cui stertere. i. profunde dormire sup. est charum. i. dilectum & placitum.

Stipes amenescit cui finis arista virescit.
Det er en god bwll som axet voxer at enden.
¶ Dicit amœnitatem & oblectamentuȝ sumendum in re vtili: quia ille stipes. s. frumēti: hoc est culmus eius: amœnescit. i. fit amœnus & placidus: cui arista virescit. i. crescit finis. i. summitas.

Sic minuas mella ꝙ apum sit cum dape cella.
Tag saa hwnnig at bierne haffue nering.
¶ Minuas mella collecta p æstatē ab apibus: sic ꝙ pro vt: cella. i. habitatio in fauis sit scȝ reliqua: apum cum dape. i. nutrimento hyemali. Idē faciendum est colonis: quia viuere debent e labore.

Si perplexus eris preme costas vim patieris.
Imod bodeløff maall kryst ved reff oc taall.
¶ Si tu eris perplexus. i. stupefactus & nescius quid agas: preme costas. id est latera tua: quia patieris vim. i. non euades sine malo.

Segnis bos agoli subdatur sedulo moli.
Lader oxe er ey hwile verd.
¶ Bos segnis. i. piger & tardus ad laborem: subdatur. i. subijciatur sedulo. i. diligenter: moli. i. ponderi & molestiæ agoli. i. baculi quo boues agi. i. impelli solent: sicut equi calcaribus.

Si necis essemus silicerni phas ageremus.
Soffue wi til vaar død da waare icke vaar gerning saa snød.
¶ Si essemus silicerni. i. assidui & prouidi aspectores sicut silicerni assidue aspiciunt silices pauimentorū: necis. i. mortis nos ageremꝰ phas. i. quod licitum & honestum est. Scriptuȝ est enim. Memorare nouissima tua & in ęternum non peccabis. Et ideo bonum est ire in domū luctus.

Stigma sinam stare respectu pestis amare.
Bedre er at vere saar en slug.
¶ Ego sinā. i. pmittā. stigma. i. vestigiū vulneris: stare. i. permanere: respectu. i. ob respectū & memoriā: pestis. i. cladis amare. i. quā passus fui. quia stigmata faciunt memorem vulnerum.

Se senio pepigit qui tempora longa peregit.
Ho lenge leffuer han vorder gāmild om siger.

¶Is qui pepigit longa tēpora: pepigit.i.ex pacto addixit se senio quia nemo potest peregisse longa tempora nisi sit senex.

Spectat ab arce throni deus ima crepuscula coni.
Vor herre sider øffuerlige oc seer nederlige.
¶Deus spectat ab arce.i. apice & sublimitate throni.s. sui cœlestis: crepuscula.i. vmbracula: ima.i. infima coni.i. quę facit conus posit⁹ in vertice galeæ. Est enī conus curuatura illa galeę cui crista imponitur & plumę. Est enim nux pinea. Conus.

Sepe leonizat verbis cui cor leporizat.
Offte ere store ord smaa i gerningerne.
¶Is cui cor leporizat.i. est timidū vt lepori: leonizat.i. ostendit sæpe audaciam leonis: verbis: quia meticulosi plura minantur q̄ fortes.

Schema notamq; date non praxi dimidiatę.
Halff gerning skall man huercken loffue eller laste.
¶O signatores & tabelliones: non date.i. nolite dare praxi.i. actioni ꝓcessus: dimidiatę.i. ad dimidium ꝑductę: schema.i. figuram & notam .i. signū.s. peractę rei. Aut schema.i. laudem: & notam.i. vituperiū: q̄a ante finem actionis neq; laudanda neq; vituperanda est.

Si lupus instruitur in numen credere magnum:
Kend vlff pater noster.

Semper dirigitur ab eo respectus ad agnum.
Da siger hand lam lam.
¶Si lupus instruitur.i. instituitur: docetur: credere in magnū numen.s. deū: respectus.s. lupi: dirigit̄ ab eo semper ad agnū.s. vorandū: hoc est licet simulet se credere in deum: non omittit tamen naturalē affectū.

Stultus ait vir thus non est nisi fumea virtus.
Folsk mand siger at han icke fonger aff røgelset vden røgen.
¶Vir stultus ait thus nō est nisi virtus fumea.i. odorifera quę diffunditur cū fumo: cū sub ea lateat vis occulta p iationis diuinæ.

Se fatue mergit qui tempe per arida pergit.
Det er daarligt at drøgkne paa tiørt land.
¶Is qui pergit.i. peragit iter: per tempe.i. loca amœna: vt sunt tempe loca in Thessalia oīm amœnissima & temperatissima: est tñ gręca vox: arida.i. sicca: mergit.i. immergit aquis fatue.i. stulte: se.s. ipsum. Tempe.

Scansio montana male stat cum vi veterana.
Swatt er gāmild mand mod bierg at rise.

¶ Scansio.i.ascensio:mōtana.i.mōtis alti & ardui:stat.i.cōuenit male: cum vi.i.virtute & robore:veterana.i.senili quæ debilis est.

Se quis non scalpet vbi non pruritio palpet.
Man skall ey klaa sig der som man ey kløør.
¶ Quis.i.aliquis:nō scalpet.i.nō fricabit aut scabet:se sup.illic aut in eo membro:vbi pruritio.i.pruritus & coctio scabiei non palpet.i.nō afficiat eū appetitu scabendi aut fricandi se.

Sis magis impure mihi culter q̄ sine pure.
Bedre er wren kniff mz gēme en ren mz glēme.
¶ O culter sis mihi magis.i.potius impure.i.putris & immūde:q̄ sine pure.i.custodia.sic em̄ interp̄tantur vulgo:sed nō legi pus pro custodia: verum pro corrupto humore.vnde posset dici:sine pure.i.pingui derelicto ex cibo inciso.

Sunt leccatores ego ni domini meliores.
Alle herre børn ere skøge børn vden ieg sagde from mand.
¶ Leccatores.i.abliguritores & lurcones:hoīes crapulosi & delicati sunt meliores dn̄i:quia suos sic nutriunt vt ipsi viuunt:ni.i.nisi ego.i.p̄ter me.Sentētia & locutio minus venusta:vt alterius putetur auctoris cuz sequentibus omnibus ab S inceptis.

Suspenso nata nato prestat violata.
Bedre er liggenhoff daather en vphengder søn.
¶ Nata.i.filia:violata.i.corrupta & prostituta:p̄stat.i.melior est nato .i.filio suspenso.s.ob furtum aut rapinam.

Sal dat equo leso nec aliptes crebro resinam.
Dw skalt giffue saar hest salt oc ey olye.
Resina. ¶ Aliptes:id est curator vulnerū:dat equo leso sal loco resinæ:nec dat crebro resinam.i.humorem vtilem qui ex arboribus fluit:vnde resinati dicuntur resina vncti & illiti:apud Iuuenalem resinata iuuentus.Ex quo patet q̄ male hic penultima producitur.

Sarcina nexilibus cadit ilico laxa catenis.
Ee falder aff fadeløff byrde.
¶ Sarcina laxa.i.soluta:catenis.i.vinculis nexilib⁹.i.connexis aut licet improprie connectentibus eam:cadit ilico.i.statim in eo loco.

Sensim deficiat vaga iugiter axe supellex.
Ee falder aff farende leeff.
¶ Supellex i.res domestica vt lodix & alia:vaga.i.vagans & discurrens iugiter.i.incessanter:axe.i.curru a parte totū.i.quæ est in perpetuo vsu

& cursu: deficiat sensim.i.paulatim.

Sellam zona cito succingit sola caballo.
Det er snart saled mz en giord.
¶ Sola zona.i.cingula: succingit.i.ab inferiore parte nectit & cingit cito caballo sellam super quã sedent equitantes.

Sepe caballus fit qui pulli more subhinnit.
Det er offte hest som gnegger som føll.
¶ Is qui subhinnit.i.subito & subtus hinnit.i.sonitũ equinũ emittit: more pulli.i.fœtus equini: fit.i.euadit & efficitur sepe caballus.

Saucia mens laceros cum palpebris dat ocellos.
Sorg fuld hw gør saare øgen oc swidende braa.
¶ Mens saucia.i.vulnerata dolore & mœrore: dat.i.efficit ocellos.i.oculos: laceros.i.laceratos cum palpebris.i.et etiam palpebras dat laceras quia mœrens corde dilaniat oculos.

Sepe luet porci facinus porcellus adulti.
Offte geller grisse de gamle swin giorde.
¶ Porcellus.i.paruus porcus: luet.i.persoluet & purgabit sępe facinus .i.factum & commissum: porci adulti.i.grandis & annosi. quia Quod sus peccauit succula sepe luit. Et vt dicit Horatius in epistolis. Quicqd delirant reges plectuntur achiui.

Si seruo nequam palmus datur accipit vlnam.
Giff en skalk en spand han tager vel en hell alen.
¶ Si palmus.i.mensura palmi aut palmę.s.laxamẽti aut licẽtiæ datur seruo neq̃.i.nihil valenti: ipse accipit vlnam.i.ad mensurã vlnæ.

Sepe dat atrocem scintilla minuscula torrem.
Offte gør liden gnist stor ild.
¶ Scintilla.i.parua pars ignis q̃ scindit & separatur ab igne minuscula.i. valde parua: dat sępe torrem.i.incendium & ignem atrocem.i.crudelez & multũ nociuum: & ideo obstandum est primitijs irę et ignis.

Seua nouerca suis fit alumnis vt sal ocellis.
Saa er steffmoder mod barn som saalt i saare øgen.
Nouerca sæua.i.crudelis & immitis: fit suis alumnis.i.priuignis quos alit: vt sal ocellis.i.amara & causa fletus.

Scopibus imbutum non pompa cacuminet vllum.
Det dwer ey at drage den til disk som baaren er til visk.
¶ Pompa.i.magnificentia in vestitu & incessu: non cacuminet.i.non

exaltet vllum.i.aliquem:imbutū.i.a principio institutum scopibus.i. scopis.hoc est virgis quæ sunt in fascibus. Sunt qui putant scobibus legendum:sed errant scobs scobis corripit primam:& est puluis qui decidit a scobina.i.lima. Auctor tamē videtur de scobibus.i puluere loqui: vt sit sensus:nemo assuet⁹ versari in puluere pōpose incedat.sed in multis non seruauit q̄titatem debitam syllabarum.

Scobs.

Sponse des curtum: magis oblongum tibi cultrum.
Lad din hwstrw haffue den stackede kniff oc haff selff den longe.
❡Des sponsæ.i.vxori tuæ statim a die desponsationis: cultrū curtum: & ita dominatum breuē:& tibi magis oblongum.

Spicis precisis equus infert stercora culmis.
Hwad gør hest i kørn vden bider aff ax oc møger i busken.
❡ Equus infert.i.ingerit stercora culmis.i.herbis frumenti: spicis.i.aristis præcisis.i. si aristæ sunt prius abscisæ.

Sus nigra per tesqua noctu vix ducitur atra.
Ont er at driffue sort swin i mørck.
❡Sus nigra ducitur vix.i.cum difficultate:noctu p̄ nocte atra.i. caliginosa:per tesqua.i.loca aspera & salebrosa.

Stuppeus est palpo de post holosericus ante.
En smigrere haffuer en silke twnge ac en blaagarnff baglaad.
❡Palpo.i.palpator & adulator: est stuppens.i.vilis & inutilis vt tela ex stuppa facta:de post.i.a parte posteriore:post rem factam:& est holosericus.i.totus ex serico:ante.i.in aduentu primo.

Si pyr ponis in ir pyr in ir nō ir ruit in pyr.
Leg ild paa loffue oc loffue paa ild da swider hand oc icke brand.
